

PONTIFICIA COMMISSIO CODICI IURIS CANONICI  
RECOGNOSCENDO

---

*Reservatum*

SCHEMA  
LEGIS ECCLESIAE  
FUNDAMENTALIS

TEXTUS EMENDATUS  
CUM RELATIONE DE IP SO SCHEMATE  
DEQUE EMENDATIONIBUS RECEPTIS

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS — MCMLXXI

PONTIFICIA COMMISSIO CODICI IURIS CANONICI  
RECOGNOSCENDO


---

*Reservatum*

SCHEMA  
LEGIS ECCLESIAE  
FUNDAMENTALIS


TEXTUS EMENDATUS  
CUM RELATIONE DE IP SO SCHEMATE  
DEQUE EMENDATIONIBUS RECEPTIS

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS – MCMLXXI



## INDEX

<i>Schema Legis Ecclesiae Fundamental</i> . . . . .	7
Caput I. De Ecclesia seu de Populo Dei . . . . .	9
Caput II. De Ecclesiae muneribus . . . . .	33
Caput III. De Ecclesia et hominum consortione . . . . .	52
<i>Relatio super priore schemate Legis Ecclesiae Fundamental</i> . . . . .	59
I. Brevis conspectus laboris peracti . . . . .	59
II. Structura Legis Fundamental in schemate propositae . . . . .	61
III. Animadversiones generales quae factae atque perpensae sunt in disceptationibus . . . . .	63
IV. Animadversiones ad prooemium et ad singulos canones . . . . .	67
<i>Relatio super schemate Legis Ecclesiae Fundamental emendato</i> . . . . .	119
I. Animadversiones generales ad schema propositae . . . . .	120
1. De titulo schematis deque eius elaboratione et valore . . . . .	122
2. De materia seu de praescriptis schematis in genere . . . . .	124
3. De quibusdam verbis atque dicendi modis . . . . .	128
II. Declaratio emendationum in textu recognito . . . . .	129



SCHEMA  
LEGIS ECCLESIAE FUNDAMENTALIS

PROOEMIUM

*Textus prior*

Aeternus Pater, qui Filium Suum unigenitum Iesum Christum misit in mundum ut homines a peccatis salvos faceret eosque per donum Spiritus Sancti iugiter sanctificaret, credentes in Christum, renatos « non ex carne, sed ex aqua et Spiritu Sancto » (cf. *Io.* 3, 5-6), convocare statuit in sanctam Ecclesiam, quae sit Ipsi « genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis ... qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei » (*1 Pt.* 2, 9-10).

Christus itaque Ecclesiam suam sanctam, quam fidei, spei et caritatis communitatem voluit, eandem his in terris societatem constituit hierarchicis organis instructam, eique concredidit ut missionem qua Ipse missus est a Patre usque ad finem per saecula perduceret, ac sit in Ipso per Spiritum Sanctum veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis.<sup>1</sup>

Hac innixa divina institutione, missionem sibi a Christo commissam explet Ecclesia: eam etiam implet, legibus suis cum fidei unitatem tuetur con-

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 2, 4, 8 et 9; Paulus VI, *Sollemnis Professio fidei*, 30 iunii 1968: *A.A.S.*, 60 (1968), p. 19.

*Textus emendatus*

Aeternus Pater, qui Filium Suum unigenitum Iesum Christum misit in mundum ut homines a peccatis salvos faceret eosque per donum Spiritus Sancti iugiter sanctificaret *et ad gloriam regni caelorum perduceret*, credentes in Christum, renatos non ex carne, sed ex aqua et Spiritu Sancto (cf. *Io.* 3, 5-6), convocare statuit in sanctam Ecclesiam, quae sit Ipsi « genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis ... qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei » (*1 Pt.* 2, 9-10).

Christus itaque Ecclesiam suam sanctam, quam fidei, spei et caritatis communitatem voluit, eandem his in terris societatem constituit hierarchicis organis instructam, eique concredidit ut missionem qua Ipse missus est a Patre usque ad finem per saecula perduceret, ac sit in Ipso per Spiritum Sanctum veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis.<sup>1</sup>

Hac innixa divina institutione, *per Evangelium revelata*, missionem sibi a Christo commissam explet Ecclesia: eam etiam implet, legibus suis cum fidei

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 1, 2, 4, 8 et 9; Paulus VI, *Sollemnis Professio fidei*, 30 iunii 1968, n. 19: *A.A.S.*, 60 (1968), p. 440.

stitutionemque sibi divinitus impositam incolumem servat ac tutatur; eam exsequitur quoque, cum prospicit ut, servata quidem hac fidei unitate et unica sua constitutione divina, inducantur aut confirmentur quae ob locorum et temporum adiuncta in disciplina suadeantur varietates.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

unitatem tuetur constitutionemque sibi divinitus impositam incolumem servat ac tutatur, *atque christifidelium actiones dirigendo eos ad salutem consequendam adjuvat*; eam exsequitur quoque, cum prospicit ut, servata quidem hac fidei unitate et unica sua constitutione divina, inducantur aut confirmentur quae ob locorum et temporum adiuncta in disciplina suadeantur varietates.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

## CAPUT I

### De Ecclesia seu de Populo Dei

#### Canon 1

(De Ecclesiae natura, fine et structura)

§ 1. Christi Ecclesia, est novus Dei Populus, communitas spiritualis fidelium, quae his in terris in societatem hierarchice ordinatam constituta est ad regnum Dei, a Christo inchoatum, assistente et vivificante Sancto Spiritu, ulterius in hoc mundo dilatandum, donec in fine saeculorum in Ipso consummetur; divino et humano coalescit elemento, ea quidem lege ut quod in ea humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, quod iuris ad aedificationem sui in caritate, quod praesens ad futuram civitatem quam inquirimus.<sup>1</sup>

§ 2. Populum Dei, cuius Caput Christus est, cuius suprema lex est caritas (dilectio), constituunt qui ex aqua et Spiritu Sancto in Christo renati sunt; hac Spiritus Sancti unctione et regeneratione a Christo Domino constituuntur sacerdotes Deo et Patri suo, ut spirituales Deo offerant hostias in oblatione eucharistici Sacrificii praesertim concurrentes.<sup>2</sup>

§ 3. In Populo Dei aliqui christifideles ab ipso Christo constituti sunt ministri, qui sacra qua instruuntur po-

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 8 et 48; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 2.

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 10.

#### Canon 1

(De Ecclesiae natura, fine et structura)

§ 1. *Corpus* Christi, quod est Ecclesia, est novus Dei Populus, communitas spiritualis fidelium, quae his in terris in societatem hierarchice ordinatam constituta est ad regnum Dei, a Christo inchoatum, assistente et vivificante Sancto Spiritu, ulterius in hoc mundo dilatandum, donec in fine saeculorum in Ipso consummetur; divino et humano coalescit elemento, ea quidem lege ut quod in ea humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, quod *servitutis corruptionis creaturae ad perfectam in Spiritu Sancto libertatem filiorum Dei* (cf. *Rom.* 8, 21; 6, 18-22; 2 *Cor.* 3, 17; *Gal.* 6, 31; *Iac.* 1, 25), quod iuris ad aedificationem sui in caritate, quod praesens ad futuram civitatem quam inquirimus.<sup>1</sup>

§ 2. Populum Dei, cuius Caput Christus est, cuius suprema lex est caritas constituunt qui ex aqua et Spiritu Sancto in Christo renati sunt; hac Spiritus Sancti unctione et regeneratione a Christo Domino *consecrantur in sacerdotium sanctum*, ut spirituales Deo offerant hostias, in *eucharistica celebratione* praesertim concurrentes.<sup>2</sup>

§ 3. In Populo Dei aliqui christifideles ab ipso Christo constituti sunt ministri, qui sacra qua instruuntur po-

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 8 et 48; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 2.

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 10, 24.

testate deputantur ut in persona Christi et Eius auctoritate sint pastores, qui nempe ministerio verbi et sacramentorum, Sacrificio praesertim Eucharistico nomine totius populi oblato, atque regimine eundem populum aedificent et efforment.<sup>3</sup>

§ 4. Populus Dei unus est. Spiritus Sanctus, qui in Ecclesia et in cordibus fidelium tanquam in templo inhabitat, Ecclesiam quam in omnem veritatem inducit, diversis donis hierarchicis et charismaticis ordinate instruit ac dirigit, eam perpetuo renovat atque pro tota Ecclesia in singulis universisque credentibus principium est congregationis et unitatis in doctrina Apostolorum et communione, in fractione panis et orationibus (cf. *Act.* 3, 42 gr.).<sup>4</sup>

#### Canon 2

(De Ecclesiae unitate et multiplicitate)

§ 1. Unica Christi Ecclesia, quam in Symbolo unam, sanctam, catholicam et apostolicam profiteamur,<sup>5</sup> quam Salvator noster, post resurrectionem suam Petro pascendam tradidit (*Io.* 21, 17), eique ac ceteris Apostolis diffundendam et regendam commisit (cf. *Mt.* 28, 18 ss.),<sup>6</sup> in Ecclesiis particularibus et ex iisdem existit, ita ut sit etiam Corpus Ecclesiarum, quae singulae sunt portio Populi Dei, sub Episcopo proprio una cum presbyterio per Evangelium in Spiritu congregata, in qua vere inest, operatur et crescit una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia.<sup>7</sup>

<sup>3</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 10, 24 et 27; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 2.

<sup>4</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 4.

<sup>5</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 8.

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 8.

<sup>7</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Christus Dominus*, n. 11; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 15; Decr. *Ad gentes*, n. 19.

testate deputantur ut in persona Christi et Eius auctoritate sint pastores, qui nempe ministerio verbi et sacramentorum, Sacrificio *imprimis* Eucharistico nomine totius populi oblato, atque regimine eundem populum aedificent et efforment.<sup>3</sup>

§ 4. Populus Dei unus est. Spiritus Sanctus, qui in Ecclesia et in cordibus fidelium tanquam in templo inhabitat, Ecclesiam quam in omnem veritatem inducit, diversis donis hierarchicis et charismaticis ordinate instruit ac dirigit, eam perpetuo renovat atque pro tota Ecclesia in singulis universisque credentibus principium est congregationis et *profundioris semper* unitatis in doctrina Apostolorum et communione, in fractione panis et orationibus (cf. *Act.* 2, 42 gr.).<sup>4</sup>

#### Canon 2

(De Ecclesiae unitate et multiplicitate)

§ 1. Unica Christi Ecclesia, quam in Symbolo unam, sanctam, catholicam et apostolicam profiteamur,<sup>5</sup> quam Salvator noster, post resurrectionem suam Petro pascendam tradidit (*Io.* 21, 17), eique ac ceteris Apostolis diffundendam et regendam commisit (cf. *Mt.* 28, 18 ss.),<sup>6</sup> in Ecclesiis particularibus et ex iisdem existit, ita ut sit etiam Corpus Ecclesiarum, quae singulae sunt portio Populi Dei, sub Episcopo proprio una cum presbyterio per Evangelium in Spiritu congregata, in qua vere inest, operatur et crescit una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia.<sup>7</sup>

<sup>3</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 10, 21, 24 et 27; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 2.

<sup>4</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 4, 13.

<sup>5</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 8.

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 8.

<sup>7</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Christus Dominus*, n. 11; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 15; Decr. *Ad gentes*, n. 19.

§ 2. Variarum variis in locis ab Apostolis eorumque successoribus institutae Ecclesiae decursu temporum in plures coaluerunt coetus organice coniunctos, qui, salva fidei unitate et unica divina constitutione Ecclesiae, gaudent propria disciplina, proprio liturgico usu, theologico spiritualique patrimonio. Earum aliquae, antiquae scilicet Patriarchales Ecclesiae, veluti matricum fidei, alias pepererunt quasi filias, quibuscum arctiore vinculo caritatis in vita sacramentali atque in mutua iurium et officiorum reverentia ad nostra usque tempora conectuntur.<sup>8</sup>

§ 3. Variarum Ecclesiarum particulares varique coetus ab eisdem constituti, in necessariis quidem unitatem custodientes, traditam ab Apostolis hereditatem diversis formis et modis acceptantes et iuxta diversitatem populorum ingenii et vitae condicionum applicantes, Populi Dei diversitatem in unitate demonstrant atque ita Ecclesiae catholicitatem et apostolicitatem manifestant.<sup>9</sup>

§ 2. Variarum variis in locis ab Apostolis eorumque successoribus institutae Ecclesiae decursu temporum in plures coaluerunt coetus, organice coniunctos, qui salva fidei unitate et unica divina constitutione Ecclesiae *universae*, gaudent propria disciplina, proprio liturgico usu, theologico spiritualique patrimonio. Earum aliquae, antiquae scilicet Patriarchales Ecclesiae, veluti matricum fidei, alias pepererunt quasi filias, quibuscum arctiore vinculo caritatis in vita sacramentali atque in mutua iurium et officiorum reverentia ad nostra usque tempora conectuntur.<sup>8</sup>

§ 3. Variarum Ecclesiarum particulares varique coetus *ex* eisdem constituti, in necessariis quidem unitatem custodientes, traditam ab Apostolis hereditatem diversis formis et modis acceptantes et iuxta diversitatem populorum ingenii et vitae condicionum applicantes, Populi Dei diversitatem in unitate demonstrant atque ita Ecclesiae catholicitatem et apostolicitatem manifestant.<sup>9</sup>

§ 4. *Ecclesia Christi hac in terra peregrinans, cum humanae condicionis sit consors, perennem persequi debet sui reformationem, qua fidelitatem erga suam vocationem semper augeat; ideoque, omnes « ut unum sint », etiam Ecclesiarum particulares coetusque ex iisdem constituti, servando quidem legitimis in moribus, in ecclesiastica disciplina, immo in unius doctrinae enuntiandae ratione varietates, omni ope satagant ut unitatem in fide et caritate Christi semper servant eamque, si quaedam minus accurata irrepserint, restituant.*<sup>10</sup>

<sup>8</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

<sup>9</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 10; Decr. *Unitatis redintegratio*, nn. 4, 14 et 17.

<sup>8</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

<sup>9</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Unitatis redintegratio*, nn. 4, 14 et 17; Decr. *Ecclesiis Orientalibus*, n. 2.

<sup>10</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 8; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 6.

## Articulus 1

### DE CHRISTIFIDELIBUS OMNIBUS

#### Canon 3

Ecclesia omnibus et singulis hominibus utpote ad imaginem Dei creatis dignitatem humanae personae propriam recognoscit, itemque officia et iura quae ex eadem profluunt agnoscit, atque, omnium hominum vocationis ad salutem ratione, etiam tuetur.<sup>10</sup>

#### Canon 4

Ad Ecclesiam cuncti vocantur homines, quippe qui ad Populum Dei omnes universaliter ordinentur, gratia Dei ad salutem vocati. Deus enim omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (1 Tim., 2, 1-4), et ideo Christus Apostolos suos misit ut omnes homines discipuli Ipsius fierent, dicens: « Euntes ergo docete omnes gentes... baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis » (Mt. 28, 18-20 gr.).<sup>11</sup>

#### Canon 5

§ 1. Omnes homines ipsa lege divina tenentur veram, quam cognoscant, Ecclesiam ingredi, quippe qui cuncti eadem lege obligentur veritatem, praesertim in iis quae Deum Eiusque Ecclesiam respiciunt, quaerere eamque cognitam amplecti et servare.<sup>12</sup>

§ 2. Omnibus hominibus etiam integrum est ut libere ad Christi Ecclesiam accedant, cum ipsis sit ius, ipsa quidem dignitate humana innixum, ut in re religiosa immunes sint a quacumque coercitione ex parte tum singulo-

<sup>10</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 1 et 14.

<sup>11</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 13.

<sup>12</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 1, 2 et 14.

## Articulus 1

### DE CHRISTIFIDELIBUS OMNIBUS

#### Canon 3

Ecclesia omnibus et singulis hominibus utpote ad imaginem Dei creatis dignitatem humanae personae propriam recognoscit *et profitetur*, itemque officia et iura quae ex eadem profluunt agnoscit, atque, omnium hominum vocationis ad salutem ratione, etiam tuetur.<sup>11</sup>

#### Canon 4

Ad Ecclesiam cuncti vocantur homines, quippe qui ad Populum Dei omnes universaliter ordinentur, gratia Dei ad salutem vocati. Deus enim omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (1 Tim., 2, 2-4), et ideo Christus Apostolos suos misit ut omnes homines discipuli Ipsius fierent, dicens: « Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis » (Mt. 28, 19-20).<sup>12</sup>

#### Canon 5

§ 1. Omnes homines ipsa lege divina tenentur veram, quam cognoscant, Ecclesiam ingredi, quippe qui cuncti eadem lege obligentur veritatem, praesertim in iis quae Deum Eiusque Ecclesiam respiciunt, quaerere eamque cognitam amplecti et servare.<sup>13</sup>

§ 2. Omnibus hominibus integrum est ut libere ad Christi Ecclesiam accedant, cum ipsis sit ius, ipsa quidem dignitate humana innixum, ut in re religiosa immunes sint a quacumque coercitione ex parte tum singulorum

<sup>11</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 1 et 14.

<sup>12</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 13.

<sup>13</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 1, 2, et 14.

rum tuum coetuum socialium tum cuiusvis potestatis humanae, ita ut neque impellantur ad agendum contra suam conscientiam neque impediuntur quominus secundum eam agant.<sup>13</sup>

§ 3. Ecclesiae, vi divinae missionis ipsi concredita, obligatio est, ideoque et ius, ut homines rite dispositos, qui id exoptent, recipiat, atque veritatem Christi Eiusque Ecclesiae omnibus gentibus annuntiet et inter eas promoveat, utque adiutorio sit omnibus hominibus, qui eandem veritatem cognoscant ac conscie et libere acceptent.<sup>14</sup>

#### Canon 6

§ 1. Baptismate homo in Ecclesiam tamquam per ianuam intrat.<sup>15</sup> Eos qui baptismum receperunt Ecclesia auxiliis adiuvat, eos docendo, sanctificando et regendo, ut iidem in finem supernaturalem libere et ordinatim conspirantes, salutem consequantur.

§ 2. Baptismate homo Christo incorporatur<sup>16</sup> et in Ecclesia Christi constituitur persona cum omnibus christianorum officiis et iuribus, nisi ad certa iura, omnino vel officia, quod attinet, obstat obex ecclesiasticae communionis vinculum impediens aut lata ab Ecclesia censura.<sup>17</sup>

#### Canon 7

§ 1. Plene in Ecclesia seu Christi corpore his in terris incorporantur illi baptizati qui, Spiritum Christi habentes, integram Ecclesiae ordinationem

<sup>13</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 1, 2 et 14.

<sup>14</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 16 et 17; Decr. *Ad gentes*, nn. 1 et 2.

<sup>15</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 14.

<sup>16</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Unitatis redintegratio*, n. 4.

<sup>17</sup> Cf. Codex Iuris Canonici, canon 87; Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iulii 1957, can. 16.

tum coetuum socialium tum cuiusvis potestatis humanae, ita ut neque impellantur ad agendum contra suam conscientiam neque impediuntur quominus secundum eam agant.<sup>14</sup>

§ 3. Ecclesiae, vi divinae missionis ipsi concredita, obligatio est, ideoque et ius, ut homines rite dispositos, qui id exoptent, recipiat, atque veritatem Christi eiusque Ecclesiae omnibus gentibus annuntiet et inter eas promoveat, utque adiutorio sit omnibus hominibus, qui eandem veritatem cognoscant ac conscie et libere acceptent.<sup>15</sup>

#### Canon 6

§ 1. Baptismate homo *Christo incorporatur*<sup>16</sup> et in Ecclesiam tamquam per ianuam intrat.<sup>17</sup> Eos qui baptismum receperunt Ecclesia auxiliis adiuvat, eos docendo, sanctificando et regendo, ut iidem, in finem supernaturalem libere et ordinatim conspirantes, salutem consequantur.

§ 2. Baptismate homo in Ecclesia Christi constituitur persona cum omnibus christianorum officiis et iuribus, nisi ad certa iura, immo vel officia, quod attinet, obstat obex ecclesiasticae communionis vinculum impediens aut lata ab Ecclesia censura.<sup>18</sup>

#### Canon 7

§ 1. Ecclesiae Christi his in terris plene incorporantur illi baptizati qui, Spiritum Christi habentes, integram Ecclesiae ordinationem omniaque me-

<sup>14</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 1, 2, et 14.

<sup>15</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 16 et 17; Decr. *Ad gentes*, nn. 1 et 2.

<sup>16</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Unitas redintegratio*, n. 3.

<sup>17</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 14.

<sup>18</sup> Cf. Codex Iuris Canonici, canon 87; Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iulii 1957, can. 16.

omniaque media salutis in ea instituta accipiunt et in eius compage visibili cum Christo, eam per Summum Pontificem atque Episcopos regente, iunguntur, vinculis nempe professionis fidei, sacramentorum et ecclesiastici regiminis ac communionis.<sup>18</sup>

§ 2. Illi qui, Ecclesiis aut communitatibus ab Ecclesia catholica seiunctis adscripti, in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communionem, etsi non perfecta, constituuntur. Christo incorporantur et aliqua ratione ad Populum Dei iam pertinent, ideoque christiano nomine iure decorantur, et a filiis Ecclesiae catholicae ut fratres in Domino merito agnoscuntur.<sup>19</sup>

#### Canon 8

§ 1. Qui Evangelium nondum acceperunt et baptizati non sunt, licet ad Ecclesiam Christi non pertineant, ad eandem diversis rationibus ordinantur. Speciali cum eadem connectuntur ratione catechumeni, qui nempe, Spiritu Sancto movente, explicita voluntate ut Ecclesiae incorporarentur expetunt, ideoque hoc ipso voto, sicut et vita fidei, spei et caritatis quam non raro agunt, coniunguntur cum Ecclesia, quae eos iam ut suos fovet.<sup>20</sup>

§ 2. Catechumenorum igitur specialem curam habet Ecclesia atque, dum eos ad vitam ducendam evangelicam invitat eosque ad sacros ritus celebrandos introducit, eisdem varias iam largitur praerogativas quae christianis sunt propriae.<sup>21</sup>

<sup>18</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 14; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 3.

<sup>19</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 15; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 3.

<sup>20</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 14; Decr. *Ad gentes*, n. 14.

<sup>21</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 14.

dia salutis in ea instituta accipiunt et in eius compage visibili cum Christo, eam per Summum Pontificem atque Episcopos regente, iunguntur, vinculis nempe professionis fidei, sacramentorum et ecclesiastici regiminis ac communionis.<sup>19</sup>

§ 2. Illi qui, Ecclesiis aut communitatibus ab Ecclesia catholica seiunctis adscripti, in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communionem, etsi non *plena*, constituuntur. Christo incorporantur et ad Populum Dei pertinent, ideoque christiano nomine iure decorantur, et a filiis Ecclesiae catholicae ut fratres in Domino merito agnoscuntur.<sup>20</sup>

#### Canon 8

§ 1. Qui Evangelium nondum acceperunt et baptizati non sunt, licet ad Ecclesiam Christi non pertineant, ad eandem diversis rationibus ordinantur. Speciali cum eadem connectuntur ratione catechumeni, qui nempe, Spiritu Sancto movente, explicita voluntate ut Ecclesiae incorporarentur expetunt, ideoque hoc ipso voto, sicut et vita fidei, spei et caritatis quam non raro agunt, coniunguntur cum Ecclesia, quae eos iam ut suos fovet.<sup>21</sup>

§ 2. Catechumenorum igitur specialem curam habet Ecclesia atque, dum eos ad vitam ducendam evangelicam invitat eosque ad sacros ritus celebrandos introducit, eisdem varias iam largitur praerogativas quae christianis sunt propriae.<sup>22</sup>

<sup>19</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 14; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 3.

<sup>20</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 15; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 3.

<sup>21</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 14; Decr. *Ad gentes*, n. 14.

<sup>22</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 14.

Canon 9

Ad plenam communionem cum Ecclesia requiritur:

1. Unitas in fide, quae expostulat ut qui baptismum receperunt omnes veritates profiteantur a Christo Domino revelatas, quas per Ecclesiam acceperunt.<sup>22</sup>

2. Communio sacramentorum, quae quidem a Christo instituta sunt symbola rei sacrae et invisibilis gratiae formae visibiles.<sup>23</sup>

3. Communio in regimine Ecclesiae, per episcopos, Apostolorum successores, qui cum successore Petri, totius Ecclesiae visibili Capite, ad Populum Dei regendum a Spiritu Sancto positi sunt.<sup>24</sup>

Canon 10

Etsi eorum quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, christifideles omnes, quippe qui ex divina dignatione fratres sint in Christo, ut fratres se gerant agnoscens omnium fidelium aequalitatem quoad dignitatem et quoad actionem qua cuncti, unusquisque quidem secundum propriam conditionem, ad aedificationem Corporis Christi cooperantur; nec ulla viget inter eos inaequalitas ratione stirpis vel nationis, conditionis socialis vel sexus.<sup>25</sup>

<sup>22</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11.

<sup>23</sup> Cf. Concilium Tridentinum, Sess. XIII, Decr. de SS.ma Eucharistia: Denz. n. 876. Cf. etiam Conc. Florentinum, Decr. pro Armenis: Denz. n. 695; Conc. Tridentinum, Sess. VII, canones de sacramentis, can. 1: Denz. n. 844; Pius IV, Bulla *Iniunctum Nobis*, 13 nov. 1564: Denz. n. 996; Benedictus XIV, Professio fidei, 16 martii 1743: Denz. n. 1470.

<sup>24</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 18, 21 et 22.

<sup>25</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 32.

Canon 9

Ad plenam communionem cum Ecclesia requiritur:

1. *Communio* in *una* fide, quae expostulat ut qui baptismum receperunt omnes veritates profiteantur a Christo Domino revelatas, quas per Ecclesiam acceperunt.<sup>23</sup>

2. Communio sacramentorum, quae quidem *ex institutione* Christi sunt symbola rei sacrae et invisibilis gratiae formae visibiles.<sup>24</sup>

3. Communio in regimine Ecclesiae, per episcopos, Apostolorum successores, qui cum successore Petri, totius Ecclesiae visibili Capite, ad Populum Dei regendum a Spiritu Sancto positi sunt.<sup>25</sup>

(*Christifidelium officia et iura fundamentalia*).

Canon 10

Etsi eorum quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, *inter* christifideles omnes quippe qui ex divina dignatione fratres sint in Christo, *vera viget* aequalitas quoad dignitatem et quoad actionem qua cuncti, unusquisque quidem secundum propriam conditionem, ad aedificationem Corporis Christi cooperantur (cf. Eph. 4, 12); nec ulla *adest* inter eos inter eos inaequalitas ratione stirpis vel nationis, conditionis socialis vel sexus (cf. Gal. 3, 27-28).<sup>26</sup>

<sup>23</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11.

<sup>24</sup> Cf. Concilium Tridentinum, Sess. XIII, Decr. de SS.ma Eucharistia: Denz. n. 876. Cf. etiam Conc. Florentinum, Decr. pro Armenis: Denz. n. 695; Conc. Tridentinum, Sess. VII, canones de sacramentis, can. 1: Denz. n. 844; Pius IV, Bulla *Iniunctum Nobis*, 13 nov. 1564: Denz. n. 996; Benedictus XIV, Professio fidei, 16 martii 1743: Denz. n. 1470.

<sup>25</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 18, 21 et 22.

<sup>26</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 32.

### Canon 11

Omnes christifideles in populo Dei congregati, quicumque sint, ad sanctam, pro propria quisque conditione, vitam ducendam atque ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem sanctificationem promovendam vires suas conferre debent.<sup>26</sup>

### Canon 12

Omnes christifideles officium habent et ius adlaborandi, pro sua quisque conditione, ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque perveniat.<sup>27</sup>

### Canon 13

§ 1. Quae sacri Pastores, utpote Christum repraesentantes, tanquam fidei magistri declarant aut tanquam Ecclesiae rectores statuunt, christifideles christiana oboedientia voluntaria et responsabili sectari tenentur, ad normam sacrorum canonum.<sup>28</sup>

§ 2. Christifidelibus integrum est ut necessitates suas, praesertim spirituales, et optata sua sacris Pastoribus patefaciant.<sup>29</sup>

§ 3. Pro scientia, competentia et praestantia, quibus pollent, ipsis est ius, immo et aliquando officium, ut sententiam suam de his quae ad bonum Ecclesiae pertinent sacris Pastoribus manifestent, immo, salva fidei integritate et attentis communi utilitate personarumque dignitate, christifidelibus notam faciant; id vero praestent adhibitis, ubi casus ferant, institutis ad hoc ab Ecclesia stabilitis, in veraci-

<sup>26</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 32, 40, 41.

<sup>27</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 33.

<sup>28</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 9.

<sup>29</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

### Canon 11

Omnes christifideles in populo Dei congregati, quicumque sint, ad sanctam, pro propria quisque conditione, vitam ducendam atque ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem sanctificationem promovendam vires suas conferre debent.<sup>27</sup>

### Canon 12

Omnes christifideles officium habent et ius adlaborandi, pro sua quisque conditione, ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque perveniat.<sup>28</sup>

### Canon 13

§ 1. Quae sacri Pastores, utpote Christum repraesentantes, tanquam fidei magistri declarant aut tanquam Ecclesiae rectores statuunt, christifideles, *propriae responsabilitatis conscii*, christiana oboedientia sectari tenentur, ad normam sacrorum canonum.<sup>29</sup>

§ 2. Christifidelibus integrum est ut necessitates suas, praesertim spirituales, et optata sua sacris Pastoribus patefaciant.<sup>30</sup>

§ 3. Pro scientia, competentia et praestantia, quibus pollent, ipsis est ius, immo et aliquando officium, ut sententiam suam de his quae ad bonum Ecclesiae pertinent sacris Pastoribus manifestent, *atque*, salva fidei integritate et attentis communi utilitate personarumque dignitate, christifidelibus notam faciant; id vero praestent adhibitis, ubi casus ferat, institutis ad hoc ab Ecclesia stabilitis, in veracitate semper

<sup>27</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 32, 33, 40, 41.

<sup>28</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 33.

<sup>29</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 9.

<sup>30</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

tate semper et prudentia atque servata reverentia sacris Pastoralibus docentibus et regentibus debita.<sup>30</sup>

*Canon 14*

Ius est christifidelibus ut ex spiritualibus Ecclesiae bonis, verbi Dei praesertim et sacramentorum, adiumenta a sacris Pastoribus accipiant, ad normam sacrorum canonum.<sup>31</sup>

*Canon 15*

Ius est christifidelibus ut cultum Deo persolvant iuxta praescripta proprii sui Ritus a legitimis Ecclesiae Pastoribus adprobati, utque propriam vitae spiritualis formam sequantur, doctrinae quidem Ecclesiae conformem.<sup>32</sup>

*Canon 16*

Christifideles obligatione tenentur necessitatibus subveniendi Ecclesiae, ut eidem praesto sint quae ad cultum divinum, ad opera apostolica et ad honestam ministrorum sustentationem necessaria sunt media.<sup>33</sup>

*Canon 17*

Integrum est christifidelibus, sive clericis sive laicis, ut debita cum competenti auctoritate ecclesiastica relatione servata, libere condant atque moderentur consociationes ad eos fines religionis vel pietatis prosequendos, quorum persecutio non uni Ecclesiae auctoritati natura sua reservatur, utque conventus habeant ad eosdem fines in communi persequendos; quae privatae

<sup>30</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

<sup>31</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

<sup>32</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 3; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 26; Decl. *Dignitatis humanae*, n. 2.

<sup>33</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 20; Decr. *Christus Dominus*, n. 30, § 2; C.I.C., can. 1496.

et prudentia atque servata reverentia sacris Pastoribus docentibus et regentibus debita.<sup>31</sup>

*Canon 14*

Ius est christifidelibus ut ex spiritualibus Ecclesiae bonis, verbi Dei praesertim et sacramentorum, adiumenta a sacris Pastoribus accipiant, ad normam sacrorum canonum.<sup>32</sup>

*Canon 15*

Ius est christifidelibus ut cultum Deo persolvant iuxta praescripta proprii sui ritus a legitimis Ecclesiae Pastoribus adprobati, utque propriam vitae spiritualis formam sequantur, doctrinae quidem Ecclesiae conformem.<sup>33</sup>

(cf. *Canon 25*)

*Canon 16*

Integrum est christifidelibus, sive clericis sive laicis, ut debita cum competenti auctoritate ecclesiastica relatione servata, libere condant atque moderentur consociationes ad eos fines religionis vel pietatis prosequendos, quorum persecutio non uni Ecclesiae auctoritati natura sua reservatur, utque conventus habeant ad eosdem fines in communi persequendos; quae privatae

<sup>31</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

<sup>32</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

<sup>33</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 3; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 26; Decl. *Dignitatis humanae*, n. 2.

associationes, sicut et conventus, vigilantiae auctoritatis ecclesiasticae competentis eiusque regimini, non secus ac singuli christifideles, subiiciuntur.<sup>34</sup>

#### Canon 18

Christifideles cuncti, quippe qui, unusquisque secundum proprium statum et propriam conditionem, in Ecclesiae missione participant, ius habent ut, propriis etiam inceptis, apostolicam actionem promoveant vel sustineant, debita ad normam sacrorum canonum cum sacris Pastoribus relatione servata.

#### Canon 19

Ius est singulis christifidelibus, ut in disciplinis sacris institutionem, ad normam iuris, persequantur; iisdem disciplinis incumbentes, iusta libertate fruuntur inquirendi, necnon mentem suam prudenter aperiendi in iis in quibus peritia gaudent, servata quidem semper debita reverentia et oboedientia erga Ecclesiae magisterium.<sup>35</sup>

#### Canon 20

In usu suorum iurium christifideles observent oportet principium responsabilitatis personalis et socialis: in iuribus suis exercendis tum singuli tum in consociationibus adunati rationem habere debent boni Ecclesiae communis necnon iurium aliorum atque suorum erga alios officiorum; ecclesiasticae auctoritati competit intuitu boni communis exercitium iurium quae christifidelibus sunt propria moderari vel etiam legibus irritantibus et inhabilitantibus restringere.<sup>36</sup>

<sup>34</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 19; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 8.

<sup>35</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 42.

<sup>36</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 7.

associationes, sicut et conventus, vigilantiae auctoritatis ecclesiasticae competentis eiusque regimini, non secus ac singuli christifideles, subiiciuntur.<sup>34</sup>

#### Canon 17

Christifideles cuncti, quippe qui, unusquisque secundum proprium statum et propriam conditionem, in Ecclesiae missione participant, ius habent ut, propriis etiam inceptis, apostolicam actionem promoveant vel sustineant, debita ad normam sacrorum canonum cum sacris Pastoribus relatione servata.<sup>35</sup>

#### Canon 18

Ius est singulis christifidelibus, ut in disciplinis sacris institutionem, ad normam iuris, persequantur; iisdem disciplinis incumbentes, iusta libertate fruuntur inquirendi, necnon mentem suam prudenter aperiendi in iis in quibus peritia gaudent, servata quidem semper debita reverentia et oboedientia erga Ecclesiae magisterium.<sup>36</sup>

#### Canon 19

In usu suorum iurium christifideles observent oportet principium responsabilitatis personalis et socialis: in iuribus suis exercendis tum singuli tum in consociationibus adunati rationem habere debent boni Ecclesiae communis necnon iurium aliorum atque suorum erga alios officiorum; ecclesiasticae auctoritati competit intuitu boni communis exercitium iurium quae christifidelibus sunt propria moderari vel etiam legibus irritantibus et inhabilitantibus restringere.<sup>37</sup>

<sup>34</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 19; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 8.

<sup>35</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 33; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 24.

<sup>36</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 62.

<sup>37</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 7.

### Canon 21

§ 1. Christifidelibus competit ut iura quibus in Ecclesia gaudent legitime defendant in foro ecclesiastico, et quidem via iudiciali necnon, in casibus iure definitis, via administrativa, ad normam sacrorum canonum.

§ 2. Christifidelibus ius est quoque ut, si ad iudicium ab auctoritate ecclesiastica vocentur, iudicentur servatis iuris praescriptis, cum aequitate applicandis.

### Canon 22

Christifideles omnes iure gaudent ut, a quacumque coactione immunes, statum vitae libere eligant.<sup>37</sup>

### Canon 23

Christifidelibus ius est ut bona fama qua gaudent ab omnibus in honore habeatur; quapropter nemini licet illegitime eandem laedere.<sup>38</sup>

### Canon 24

§ 1. Christifideles, quippe qui baptisate ad vitam doctrinae evangelicae congruentem ducendam destinantur, ius habent ad educationem christianam, qua ad maturitatem humanae personae prosequendam atque simul ad mysterium salutis cognoscendum et vivendum rite instruantur.

§ 2. Parentes, cum vitam filiis contulerint, primi et praecipui eorum sunt

<sup>37</sup> Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: *A.A.S.*, 55 (1963), p. 261; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 26, 29 et 52.

<sup>38</sup> Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: *A.A.S.*, 55 (1963), p. 260; Conc. Vat. II, Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 12; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 26.

### Canon 20

§ 1. Christifidelibus competit ut iura quibus in Ecclesia gaudent legitime defendant in foro ecclesiastico, et quidem via iudiciali necnon, in casibus iure definitis, via administrativa, ad normam sacrorum canonum.

§ 2. Christifidelibus ius est quoque ut, si ad iudicium ab auctoritate ecclesiastica vocentur, iudicentur servatis iuris praescriptis, cum aequitate applicandis.

### Canon 21 (novus)

« *Nemo puniri potest nisi in casibus ipsa lege definitis atque modo ab eadem determinato* ».

### Canon 22

Christifideles omnes iure gaudent ut, a quacumque coactione immunes, statum vitae libere eligant.<sup>38</sup>

### Canon 23

Christifidelibus ius est ut bona fama qua gaudent ab omnibus in honore habeatur; quapropter nemini licet illegitime eandem laedere.<sup>39</sup>

### Canon 24

§ 1. Christifideles, quippe qui baptisate ad vitam doctrinae evangelicae congruentem ducendam destinantur, ius habent ad educationem christianam, qua ad maturitatem humanae personae prosequendam atque simul ad mysterium salutis cognoscendum et vivendum rite instruantur.

§ 2. Parentes, cum vitam filiis contulerint, primi et praecipui eorum sunt

<sup>38</sup> Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: *A.A.S.*, 55 (1963), p. 261; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 26, 29 et 52.

<sup>39</sup> Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: *A.A.S.*, 55 (1963), p. 260; Conc. Vat. II, Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 12; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 26.

educatores, qui nempe prolem educandi gravissima obligatione tenentur, et iure gaudent; parentum christianorum ideo imprimis est educationem christianam secundum doctrinam ab Ecclesia traditam filiorum curare.<sup>39</sup>

(cf. Canon 16)

(*Diversitas christifidelium ratione status*)

#### Canon 25

Ecclesia sancta, ex divina institutione, mira varietate ordinatur et regitur; unus quidem est Populus Dei electus, « unus Dominus, una fides, unum baptisma » (*Eph.* 4, 5), communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas. In hac autem unitate diversitas adest membrorum et officiorum, diversitas ministrorum et operationum.<sup>40</sup>

#### Canon 26

§ 1. Ex divina Ecclesiae institutione, sunt in Ecclesia ministri sacri, qui in iure et clerici vocantur, et alii fideles, qui et laici nuncupantur.<sup>41</sup>

§ 2. Ex utraque hac parte habentur religiosi, qui nempe per professionem consiliorum evangelicorum ab ecclesiastica auctoritate sancitam suo peculiari

<sup>39</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 26, 29; Decl. *Gravissimum educationis*, nn. 1, 2.

<sup>40</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 7 et 32.

<sup>41</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 18, 32.

educatores, qui nempe prolem educandi gravissima obligatione tenentur, et iure gaudent; parentum christianorum ideo imprimis est *christianam filiorum* educationem secundum doctrinam ab Ecclesia traditam curare.<sup>40</sup>

#### Canon 25

Christifideles obligatione tenentur necessitatibus subveniendi Ecclesiae, ut eidem praesto sint quae ad cultum divinum ad opera apostolica et ad honestam ministrorum sustentationem necessaria sunt media.<sup>41</sup>

(*Diversitas christifidelium ratione status*)

#### Canon 26

Ecclesia sancta, ex divina institutione, mira varietate ordinatur et regitur; unus quidem est Populus Dei electus, « unus Dominus, una fides, unum baptisma » (*Eph.* 4, 5), communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas. In hac autem unitate diversitas adest membrorum et officiorum, diversitas ministrorum et operationum.<sup>42</sup>

#### Canon 27

§ 1. Ex divina Ecclesiae institutione, sunt in Ecclesia ministri sacri, qui in iure et clerici vocantur, et alii fideles, qui et laici nuncupantur.<sup>43</sup>

§ 2. Ex utraque hac parte habentur *fideles*, qui per professionem consiliorum evangelicorum ab ecclesiastica auctoritate sancitam suo peculiari modo

<sup>40</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 26, 29; Decl. *Gravissimum educationis*, nn. 1, 2.

<sup>41</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 20; *C.I.C.*, can. 1496.

<sup>42</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 7 et 32.

<sup>43</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 18, 32.

modo Deo consecrantur et Ecclesiae missioni salvificae prosunt; religiosorum status, licet ad Ecclesiae structuram hierarchicam non spectet, ad eius tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet.<sup>42</sup>

#### Canon 27

Ecclesiae ministri, quippe qui ordinatione sacra Christo Domino peculiari ratione configurentur et ad divina ministeria mancipientur, in nomine et auctoritate Christi docendo, sanctificando et regendo, Populum Dei ita pascunt ut ministrationibus et charismatibus recognitis, cuncti ad commune opus, mandatum nempe caritatis, implendum cooperentur.<sup>43</sup>

#### Canon 28

Religiosi, per evangelica consilia quae publice profitentur, speciali modo Ecclesiae bono se devovent, secundum formam propriae vocationis sive oratione sive actuosa quoque opera adlaborantes ut Regnum Christi in animis radicetur et roboretur utque ad omnes plagas dilatetur; in variis formis vitae solitariae aut communis, bona coelestia iam in hoc saeculo praesentia omnibus credentibus manifestant, et Regni Dei super omnia terrestria elevationem eiusque summas necessitudines peculiari modo patefaciunt.<sup>44</sup>

#### Canon 29

§ 1. Christifideles laici, qui nempe ordine sacro non sunt insigniti sed neque statum religiosum ab Ecclesia sancitum susceperunt, ratione bapti-

<sup>42</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 43 et 44.

<sup>43</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 12, 18 et 32.

<sup>44</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 43 et 44.

Deo consecrantur et Ecclesiae missioni salvificae prosunt; *status eorum qui consilia profitentur evangelica*, licet ad Ecclesia structuram hierarchicam non spectet, ad eius tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet.<sup>44</sup>

#### Canon 28

Ecclesiae ministri, quippe qui ordinatione sacra, *per speciale Spiritus Sancti donum* Christo Domino peculiari ratione configurentur et ad divina ministeria mancipientur, in nomine et auctoritate Christi docendo, sanctificando et regendo, Populum Dei ita pascunt ut, ministrationibus et charismatibus recognitis, cuncti ad commune opus, mandatum nempe caritatis, implendum cooperentur.<sup>45</sup>

#### Canon 29

*Qui consilia evangelica publice profitentur*, speciali modo Ecclesiae bono se devovent, secundum formam propriae vocationis, sive oratione sive actuosa quoque opera adlaborantes ut Regnum Christi in animis radicetur et roboretur utque ad omnes plagas dilatetur; in variis formis vitae solitariae aut communis, bona coelestia iam in hoc saeculo praesentia omnibus credentibus manifestant, et Regni Dei super omnia terrestria elevationem eiusque summas necessitudines peculiari modo patefaciunt.<sup>46</sup>

#### Canon 30

§ 1. Christifideles laici, qui *neque* ordine sacro sunt insigniti neque statum religiosum ab Ecclesia sancitum susceperunt, ratione baptismatis quo

<sup>44</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 43 et 44.

<sup>45</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 12, 18 et 32.

<sup>46</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Perfectae caritatis*, nn. 7-8; Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 43 et 44-46.

smatis quo Christo configurantur atque confirmationis qua in fide roborantur, missionem participant salvificam Ecclesiae, cuius in muneribus exercendis propriam habent partem, ab ecclesiastica auctoritate quoque determinandam et ab eadem moderandam.<sup>45</sup>

§ 2. In rebus temporalibus gerendis et muneribus saecularibus exercendis, Christi testimonium reddunt, res temporales secundum Deum ordinantes.<sup>46</sup>

§ 3. Habiles iidem sunt qui in rebus Ecclesiae a sacris Pastoribus consulantur ad normam iuris et ad munera ecclesiastica suae conditioni congrua ab eisde deputentur.<sup>47</sup>

## Articulus 2

### DE HIERARCHIA IN ECCLESIA CONSTITUTA

#### Canon 30

Christus Dominus, ad Populum Dei pascendum semperque augendum, in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quae ad bonum totius Corporis tendunt; Ecclesiae ministri in servitium fratrum suorum sacra potestate nomine Christi pollent, ut omnes qui de Populo Dei sunt, ideoque vera dignitate christiana gaudent, ad eundem finem libere et ordinatim conspirantes, ad salutem perveniant.<sup>48</sup>

#### Canon 31

§ 1. Dominus Iesus, Ipso Ecclesiae suae summo angulari lapide ac aeterno

<sup>45</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 31.

<sup>46</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 31; Decr. *Apostolicam actuositatem*, nn. 2, 7; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 43.

<sup>47</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

<sup>48</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 18.

Christo configurantur atque confirmationis qua in fide roborantur, missionem participant salvificam Ecclesiae, cuius in muneribus exercendis propriam habent partem, ab ecclesiastica auctoritate quoque *pressius* determinandam et ab eadem moderandam.<sup>47</sup>

§ 2. *Praesertim* in rebus temporalibus gerendis et muneribus saecularibus exercendis, Christi testimonium reddunt, res temporales secundum Deum ordinantes.<sup>48</sup>

§ 3. Habiles iidem sunt qui in rebus Ecclesiae a sacris Pastoribus consulantur ad normam iuris et ad munera ecclesiastica suae conditioni congrua ab eisde deputentur.<sup>49</sup>

## Articulus 2

### DE HIERARCHIA IN ECCLESIA CONSTITUTA

#### Canon 31

Christus Dominus, ad Populum Dei pascendum semperque augendum, in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quae ad bonum totius Corporis tendunt; Ecclesiae ministri in servitium fratrum suorum sacra potestate nomine Christi pollent, ut omnes qui de Populo Dei sunt, ideoque vera dignitate christiana gaudent, ad eundem finem libere et ordinatim conspirantes, ad salutem perveniant.<sup>50</sup>

#### Canon 32

§ 1. Dominus Iesus, *Ipse quidem* Ecclesiae suae *summus* angularis lapis

<sup>47</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 31.

<sup>48</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 31; Decr. *Apostolicam actuositatem*, nn. 2, 7; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 43.

<sup>49</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.

<sup>50</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 18.

Pastore manente, Ecclesiae suae pastores esse voluit Apostolos, eisque praeposuit Petrum, ut universo caritatis coetui praesideret atque perpetuum ac visibile unitatis fidei ac communionis esset principium et fundamentum.<sup>49</sup>

§ 2. In Romano Pontifice permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum concessum et successoribus eius transmittendum; permanet quoque munus Apostolorum pascendi Ecclesiam, ab Ordine sacro Episcoporum exercendum.<sup>50</sup>

§ 3. Sicut, statuente Domino, Sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Summus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur.<sup>51</sup>

#### Canon 32

Episcopi sua munera in Ecclesia exercent cooperantibus presbyteris et diaconis, et etiam adiuvantibus aliis ministris iure ecclesiastico deputatis atque fidelibus laicis, ad normam sacrorum canonum.<sup>52</sup>

#### § 1. DE SUMMO PONTIFICE

#### Canon 33

§ 1. Romanus Pontifex, Beati Petri in primatu ministerii successor, Collegii Episcoporum Caput, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, suprema, plena, imme-

<sup>49</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 13, 18 et 19.

<sup>50</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 20.

<sup>51</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22, et Nota explicativa praevia ad hanc Constitutionem.

<sup>52</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 20 et 41.

ac aeternus Pastor *manens*, Ecclesiae suae pastores esse voluit Apostolos, eisque praeposuit Petrum, ut universo caritatis coetui praesideret atque perpetuum ac visibile unitatis fidei ac communionis esset principium et fundamentum.<sup>51</sup>

§ 2. In Romano Pontifice permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum; *in Ordine sacro Episcoporum perseverat* munus pascendi Ecclesiam *omnibus Apostolis concessum, et successoribus eorum, secundum Christi voluntatem, transmittendum.*<sup>52</sup>

§ 3. Sicut, statuente Domino, Sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Summus Pontifex, successor Petri, et *ceteri* Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur.<sup>53</sup>

#### Canon 33

Episcopi sua munera in Ecclesia exercent cooperantibus presbyteris et diaconis, et etiam adiuvantibus aliis ministris iure ecclesiastico deputatis atque fidelibus laicis, ad normam sacrorum canonum.<sup>54</sup>

#### § 1. DE SUMMO PONTIFICE

#### Canon 34

§ 1. *Ecclesiae romanae Episcopus, ut* Beati Petri in primatu ministerii successor, Collegii Episcoporum Caput, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, suprema, ple-

<sup>51</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 13, 18 et 19.

<sup>52</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 20.

<sup>53</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22, et Nota explicativa praevia ad hanc Constitutionem.

<sup>54</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 20 et 41.

diata et universali in Ecclesia gaudet potestate, quam semper libere exercere valet. Qui igitur, cum tamquam omnium fidelium pastor ad bonum Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum missus sit, super omnes Ecclesias ordinariae potestatis obtinet principatum.<sup>53</sup>

§ 2. A sententia Romani Pontificis non datur appellatio.

#### Canon 34

§ 1. Plenam ac supremam potestatem in Ecclesia Romanus Pontifex, ad normam iuris vocatus, acceptatione una cum consecratione (ordinatione) episcopali iure divino obtinet.<sup>54</sup>

§ 2. Si contingat ut Romanus Pontifex muneri suo renuntiet, ad validitatem requiritur ut renuntiatio rite manifestetur, non vero ut a quopiam acceptetur.<sup>55</sup>

#### Canon 35

In suo munere supremi Pastoris exercendo, Romanus Pontifex utitur variis secundum temporum adiuncta personis et institutis, quae quidem, auctoritate Ipsius, munus sibi commissum explent in bonum omnium Ecclesiarum, iuxta normas in sacris canonibus determinatas.<sup>56</sup>

<sup>53</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. *Aeternus Pater*: Denz. nn. 1826-1827; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 2.

<sup>54</sup> Cf. C.I.C., can. 219 et 228 § 2; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 163.

<sup>55</sup> Cf. Bonifacius VIII, Caput *Quoniam* (1299): L. I, tit. 7, c. 1, in VI; C.I.C., can. 229; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 165.

<sup>56</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 9; Const. Apost. *Vaticanis Apostolicae Sedis*, n. 98, 8 dec. 1945: *A.A.S.*, 38 (1946), pp. 65-99.

na, immediata et universali in Ecclesia gaudet potestate, quam semper libere exercere valet. Qui igitur, cum tamquam omnium fidelium pastor ad bonum Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum missus sit, super omnes Ecclesias ordinariae potestatis obtinet principatum,<sup>55</sup> *quo quidem insimul roboratur atque vindicatur potestas propria, ordinaria et immediata qua in suas Ecclesias particulares Episcopi gaudent.*<sup>56</sup>

§ 2. A sententia Romani Pontificis non datur appellatio.<sup>57</sup>

#### Canon 35

§ 1. Plena ac supremam potestatem in Ecclesia Romanus Pontifex, ad normam iuris vocatus, acceptatione una cum consecratione episcopali iure divino obtinet.<sup>58</sup>

§ 2. Si contingat ut Romanus Pontifex muneri suo renuntiet, ad validitatem requiritur ut renuntiatio rite manifestetur, non vero ut a quopiam acceptetur.<sup>59</sup>

#### Canon 36

§ 1. *In eius munere supremi Pastoris exercendo, Romano Pontifici adsunt Episcopi, imprimis quidem Patres Cardinales, quorum Collegium veluti senatus est Summi Pontificis, necnon aliae personae itemque varia secundum temporum necessitates instituta; quae personae omnes et instituta, auctoritate*

<sup>55</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. *Aeternus Pater*: Denz. nn. 1826-1827; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22, 27; Decr. *Christus Dominus*, n. 2.

<sup>56</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 27.

<sup>57</sup> Cf. C.I.C., can. 228, § 2.

<sup>58</sup> Cf. C.I.C., can. 219; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 163.

<sup>59</sup> Cf. Bonifacius VIII, Caput *Quoniam* (1299): L. I, tit. 7, c. 1, in VI; C.I.C., can. 221; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 165.

*Ipsius, munus sibi commissum explent in bonum omnium Ecclesiarum, iuxta normas in sacris canonibus determinatas.*<sup>60</sup>

§ 2. *Summo Pontifici, in exercitio eiusdem muneris, auxilio est praesertim Synodus Episcoporum, partes agens totius catholici Episcopatus, quo quidem eiusdem sollicitudo erga universam Ecclesiam apte significatur.*<sup>61</sup>

## § 2. DE EPISCOPIS

### Canon 36

§ 1. Episcopi, qui ex divina institutione in Apostolorum locorum succedunt, per Spiritum Sanctum qui datus est eis, in Ecclesia constituuntur ut sint doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes et gubernationis ministri.<sup>57</sup>

§ 2. Episcopi ipsa episcopali consecratione (ordinatione) recipiunt, cum munere sanctificandi, munera quoque docendi et regendi, quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite et membris exercere possunt.<sup>58</sup>

### Canon 37

§ 1. Hoc suum episcopale munus, quod per consecrationem episcopalem receperunt, Episcopi, sollicitudinis omnium Ecclesiarum participes, in communione et sub auctoritate Summi Pontificis exercent, ad magisterium et regimen pastorale quod attinet, omnes

<sup>57</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 19, 20; Decr. *Christus Dominus*, n. 2.

<sup>58</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 21.

## § 2. DE EPISCOPIS

### Canon 37

§ 1. Episcopi, qui ex divina institutione in Apostolorum locum succedunt, per Spiritum Sanctum qui datus est eis, in Ecclesia constituuntur *pastores* ut sint doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes et gubernationis ministri.<sup>62</sup>

§ 2. Episcopi ipsa episcopali consecratione recipiunt, cum munere sanctificandi, munera quoque docendi et regendi, quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite et membris exercere possunt.<sup>63</sup>

### Canon 38

§ 1. Hoc suum episcopale munus, quod per consecrationem episcopalem receperunt, Episcopi, sollicitudinis omnium Ecclesiarum participes, in communione et sub auctoritate Summi Pontificis exercent, ad magisterium et regimen pastorale quod attinet, omnes uniti

<sup>60</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 9; Const. Apost. *Vacantis Apostolicae Sedis*, n. 98, 8 dec. 1945: *A.A.S.*, 38 (1946), pp. 65-99.

<sup>61</sup> Cf. Paulus VI, Motu proprio *Apostolica sollicitudo*, 15 sept. 1965: *A.A.S.*, 57 (1965), p. 775 s.

<sup>62</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 19, 20; Decr. *Christus Dominus*, n. 2.

<sup>63</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 21.

uniti in Collegio seu corpore, quoad universam Dei Ecclesiam.

§ 2. Illud exercent singuli quoad assignatas sibi dominici gregis partes, unusquisque Ecclesiae particularis sibi commissae curam gerens, aut quandoque aliqui coniunctim necessitatibus quibusdam diversarum Ecclesiarum communibus providentes, ad normam sacrorum canonum.<sup>59</sup>

### 1. De Collegio Episcoporum

#### Canon 38

§ 1. Una cum Romano Pontifice Episcopi constituunt Corpus seu Collegium episcopale, cuius Caput est Romanus Pontifex, Petri successor, et cuius membra sunt Episcopi vi sacramentalis consecrationis (ordinationis) et hierarchica communione cum Collegii Capite et membris.<sup>60</sup>

§ 2. Collegium Episcoporum totam Ecclesiam repraesentat in vinculo pacis, amoris et unitatis: quatenus ex multis est compositum varietatem et universalitatem totius Populi Dei, quatenus sub uno Capite collectum unitatem gregis Christi exprimit.<sup>61</sup>

#### Canon 39

Collegium Episcoporum, quod Collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastoralis succedit, immo in quo Corpus Apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae et plenae potestatis in universam Ecclesiam existit, quae quidem potestas nonnisi

<sup>59</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 3.

<sup>60</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>61</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 18, 22, 23.

in Collegio seu corpore, quoad universam Dei Ecclesiam.<sup>64</sup>

§ 2. Illud exercent singuli quoad assignatas sibi dominici gregis partes, unusquisque Ecclesiae particularis sibi commissae curam gerens, aut quandoque aliqui coniunctim necessitatibus quibusdam diversarum Ecclesiarum communibus providentes, ad normam sacrorum canonum.<sup>65</sup>

### 1. De Collegio Episcoporum

#### Canon 39

§ 1. Una cum Romano Pontifice *ceteri* Episcopi constituunt Corpus seu Collegium episcopale, cuius Caput est Romanus Pontifex, Petri successor, et cuius membra sunt Episcopi vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii Capite et membris.<sup>66</sup>

§ 2. Collegium Episcoporum totam Ecclesiam repraesentat in vinculo *unitatis, amoris et pacis*: quatenus ex multis est compositum varietatem et universalitatem totius Populi Dei, quatenus sub uno Capite *eidem missioni inserviens* unitatem gregis Christi exprimit.<sup>67</sup>

#### Canon 40

Collegium Episcoporum, quod Collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastoralis succedit, immo in quo Corpus Apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae et plenae potestatis in universam Ecclesiam existit, quae quidem potestas nonnisi

<sup>64</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 3.

<sup>65</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 3.

<sup>66</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>67</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 18, 22, 23.

consentiente Romano Pontifice exerceri potest.<sup>62</sup>

#### Canon 40

§ 1. Haec in universalem Ecclesiam potestas a Collegio Episcoporum sollemni modo exercetur in Concilio oecumenico, quod quidem numquam datur nisi a Romano Pontifice sit ut tale confirmatum vel saltem libere receptum.<sup>63</sup>

§ 2. Eadem potestas collegialis una cum Summo Pontifice exercetur ab Episcopis in orbe terrarum degentibus, quoties Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet vel saltem Episcoporum unitam actionem approbet vel libere recipiat, ita ut verus actus collegialis efficiatur.<sup>64</sup>

§ 3. Collegii Capituli, Romani Pontificis, est aptiores, secundum necessitates Ecclesiae decursu temporis variantes, definire et promovere modos, quibus Episcoporum Collegium munus suum quoad universam Dei Ecclesiam collegialiter exercent.<sup>65</sup>

#### Canon 41

§ 1. Romani Pontificis praerogativa est Concilium oecumenicum convocare, eidem per se vel per alios praesidere, item Concilium transferre, suspendere vel dissolvere, eiusque constitutiones et decreta confirmare vel recipere.<sup>66</sup>

§ 2. Eiusdem Romani Pontificis est res in Concilio tractandas determinare

<sup>62</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>63</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>64</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>65</sup> Cf. Nota explicativa ad Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 3.

<sup>66</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; C.I.C., can. 222, § 2; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 167, § 2.

consentiente Romano Pontifice exerceri potest.<sup>68</sup>

#### Canon 41

§ 1. *Potestas* in universam Ecclesiam a Collegio Episcoporum sollemni modo exercetur in Concilio oecumenico, quod quidem numquam datur nisi a Romano Pontifice sit ut tale confirmatum vel saltem libere receptum.<sup>69</sup>

§ 2. Eadem potestas collegialis una cum Summo Pontifice exercetur ab Episcopis in orbe terrarum degentibus, dummodo Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet, vel saltem Episcoporum unitam actionem approbet vel libere recipiat, ita ut verus actus collegialis efficiatur.<sup>70</sup>

§ 3. Collegii Capituli Romani Pontificis, est aptiores, secundum necessitates Ecclesiae decursu temporis variantes, definire et promovere modos, quibus Episcoporum Collegium munus suum quoad universam Dei Ecclesiam collegialiter exercent.<sup>71</sup>

#### Canon 42

§ 1. Romani Pontificis praerogativa est Concilium oecumenicum convocare, eidem per se vel per alios praesidere, item Concilium transferre, suspendere vel dissolvere, eiusque constitutiones et decreta confirmare vel recipere.<sup>72</sup>

§ 2. Eiusdem Romani Pontificis est res in Concilio tractandas determinare

<sup>68</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22, et Nota explicativa praevia ad hanc Constitutionem, n. 3-4; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>69</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>70</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>71</sup> Cf. Nota explicativa ad Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 3.

<sup>72</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22; C.I.C., can. 222, § 2; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 167, § 2.

atque ordinem in Concilio servandum constituere; propositis a Romano Pontifice quaestionibus Patres Concilii alias addere possunt, ab eodem Summo Pontifice probatas.<sup>67</sup>

#### Canon 42

§ 1. Ius est ut Concilio oecumenico, cum suffragio deliberativo intersint, omnibus et solis Episcopis, qui membra sunt Collegii episcopalis.<sup>68</sup>

§ 2. Ad Concilium oecumenicum insuper alii aliqui, qui episcopali dignitate non sunt insigniti, vocari possunt a Suprema Ecclesiae Auctoritate, cuius est eorumdem partes in Concilio determinare.

§ 3. Qui ut periti ad Concilium oecumenicum invitantur, suffragium non habent nisi consultivum.<sup>69</sup>

#### Canon 43

§ 1. Si quis ex vocatis ad Concilium oecumenicum ad normam canonis 42, § 1, eidem, iusto impedimento detentus, interesse non possit, procuratorem mittat et impedimentum probet.

§ 2. Procurator, si fuerit unus e Concilii Patribus, duplici suffragio non gaudet; si non fuerit, publicis tantum sessionibus, sine tamen suffragio, interesse potest; expleto autem Concilio, huius acta subscribendi ius habet.<sup>70</sup>

#### Canon 44

Si contingat Apostolicam Sedem, durante Concilii celebratione, vacare, ipso iure hoc intermittitur, donec novus

<sup>67</sup> Cf. C.I.C., can. 224, § 1; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 167, § 2; 171.

<sup>68</sup> Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>69</sup> Cf. C.I.C., can. 223, § 3; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 168, § 3.

<sup>70</sup> Cf. C.I.C., can. 224; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 169.

atque ordinem in Concilio servandum constituere; propositis a Romano Pontifice quaestionibus Patres Concilii alias addere possunt, ab eodem Summo Pontifice probandas.<sup>73</sup>

#### Canon 43

§ 1. Ius est ut Concilio oecumenico, cum suffragio deliberativo intersint, omnibus et solis Episcopis, qui membra *sint* Collegii episcopalis.<sup>74</sup>

§ 2. Ad Concilium oecumenicum insuper alii aliqui, qui episcopali dignitate non sunt insigniti, vocari possunt a Suprema Ecclesiae Auctoritate, cuius est eorumdem partes in Concilio determinare.

§ 3. Qui ut periti ad Concilium oecumenicum invitantur, suffragium non habent nisi consultivum.<sup>75</sup>

#### Canon 44

Si quis ex vocatis ad Concilium oecumenicum ad normam canonis 43, § 1, eidem, iusto impedimento detentus, interesse non possit, impedimentum probet *et procuratorem mittat; procuratorum autem iura et officia ab ipso Concilio determinanda sunt.*

#### Canon 45

Si contingat Apostolicam Sedem, durante Concilii celebratione, vacare, ipso iure hoc intermittitur, donec no-

<sup>73</sup> Cf. C.I.C., can. 224, § 1; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 167, § 2; 171.

<sup>74</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 4.

<sup>75</sup> Cf. C.I.C., can. 223, § 3; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 168, § 3.

Summus Pontifex illud resumi et continuari iusserit.<sup>71</sup>

#### Canon 45

Collegii Episcoporum constitutiones et decreta vim obligandi definitivam non habent nisi quae, una cum Collegii Patribus, a Romano Pontifice approbata, ab eodem Romano Pontifice fuerint confirmata et eius iussu promulgata aut saltem ab ipso libere recepta.<sup>72</sup>

#### 2. D Episcopis singulis

##### Canon 46

§ 1. Singuli Episcopi, quibus alicuius Ecclesiae particularis cura commissa est, eidem ut vicarii et legati Christi praesunt, atque, sub auctoritate Romani Pontificis, portionem Populi Dei sibi concreditam ut proprii, ordinarii et immediati eius pastores pascunt, munera docendi, sanctificandi et regendi in eam exercentes, servando quidem iura quae Patriarchis aliisve hierarchicis Auctoritatibus legitime competunt.<sup>73</sup>

§ 2. Episcoporum missio canonica, qua quidem sacra, quam consecratione

<sup>71</sup> Cf. C.I.C., can. 229; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 174.

<sup>72</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22, una cum Formula confirmationis a Romano Pontifice adhibita in Conc. Vat. II; C.I.C., can. 227; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 172.

<sup>73</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 23, 37; Decr. *Christus Dominus*, n. 11.

Summus Pontifex illud resumi et continuari iusserit.<sup>76</sup>

#### Canon 46

§ 1. Concilii oecumenici constitutiones et decreta vim obligandi non habent nisi quae, una cum Concilii Patribus a Romano Pontifice approbata, ab eodem fuerint confirmata et eius iussu promulgata aut saltem ab ipso libere recepta.<sup>77</sup>

§ 2. Eadem confirmatione et promulgatione receptione egeant, vim obligandi ut habeant, constitutiones et decreta, quae ferat Collegium Episcoporum, cum unita actione Episcopi in orbe terrarum degentes una cum Papa actionem collegialem exercent, ad normam can. 41, § 2.

#### 2. De Episcopis singulis

##### Canon 47

§ 1. Singuli Episcopi, quibus alicuius Ecclesiae particularis cura commissa est, eidem ut vicarii et legati Christi praesunt, atque, sub auctoritate *supremae potestatis*, portionem Populi Dei sibi concreditam ut proprii, ordinarii et immediati eius pastores pascunt, munera docendi, sanctificandi et regendi in eam exercentes, servando quidem iura quae Patriarchis aliisve hierarchicis Auctoritatibus legitime competunt.<sup>78</sup>

§ 2. Episcoporum missio canonica, qua quidem sacra, quam consecratione

<sup>76</sup> Cf. C.I.C., can. 229; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 174.

<sup>77</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22, una cum Formula confirmationis a Romano Pontifice adhibita in Conc. Vat. II; C.I.C., can. 227; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 172.

<sup>78</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 23, 27; Decr. *Christus Dominus*, n. 11; Decr. *Ecclesiarum Orientalium*, n. 23.

(ordinatione) episcopali receperunt, potestas ad Populi Dei portionem pascendam fit expedita, obtineri potest per legitimas consuetudines, a suprema et universali Ecclesiae potestate non revocatas, vel per leges ab eadem auctoritate latas aut agnitas, vel directe per ipsum Petri successorem;<sup>74</sup> quo renuente seu communionem Apostolicam denegante, Episcopi in officium assumi nequeunt.

#### Caput 47

§ 1. Singuli Episcopi potestatem expeditam de qua in can. 46 neque in Ecclesias quarum cura ipsi non est commissa neque in Ecclesiam universalem habent.<sup>75</sup>

§ 2. Omnes et singuli Episcopi, qua membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores, ex Christi institutione et praecepto, sollicitudine tenentur pro universa Ecclesia, cuius amorem omnes docere cuiusque fidei unitatem et communem disciplinam promovere debent.<sup>76</sup>

§ 3. Cum ex Dei institutione et praecepto apostolico omnium Ecclesiarum sint sponsores, etiam illarum, quibus non praepositi sunt, Ecclesiarum solliciti esse debent, illarum praesertim in quibus, praecipue ob parvum sacerdotum numerum aliave peculiaria adiuncta, christifideles in periculo versantur a vitae christianae mandatis discedendi, immo et ipsam fidem amittendi, sicuti et illarum orbis regionum, in quibus Dei verbum nuntiatum nondum est.<sup>77</sup>

<sup>74</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 24; item Nota explicativa praevia ad hanc Constitutionem, n. 2.

<sup>75</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; item Nota explicativa ad hanc Constitutionem, n. 2.

<sup>76</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

<sup>77</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 6; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

episcopali receperunt, potestas ad Populi Dei portionem pascendam fit expedita, obtineri potest per legitimas consuetudines, a suprema et universali Ecclesiae potestate non revocatas, vel per leges ab eadem auctoritate latas aut agnitas, vel directe per ipsum Petri successorem; quo renuente seu communionem Apostolicam denegante, Episcopi in officium assumi nequeunt.<sup>79</sup>

§ 3. Singuli Episcopi *regimen pastorale* de quo in §§ 1-2 neque in Ecclesias quarum cura ipsis non est commissa neque in Ecclesiam universalem habent.<sup>80</sup>

#### Canon 48

§ 1. Omnes et singuli Episcopi, qua membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores, ex Christi institutione et praecepto, sollicitudine tenentur pro universa Ecclesia, cuius amorem omnes docere cuiusque fidei unitatem et communem disciplinam promovere debent.<sup>81</sup>

§ 2. Cum ex Dei institutione et praecepto apostolico omnium Ecclesiarum sint sponsores, etiam illarum, quibus non praepositi sunt, Ecclesiarum solliciti esse debent, illarum praesertim in quibus, praecipue ob parvum sacerdotum numerum aliave peculiaria adiuncta, christifideles in periculo versantur a vitae christianae mandatis discedendi, immo et ipsam fidem amittendi, sicuti et illarum orbis regionum, in quibus Dei verbum nuntiatum nondum est.<sup>82</sup>

<sup>79</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 24; item Nota explicativa praevia ad hanc Constitutionem, n. 2.

<sup>80</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; item Nota explicativa ad hanc Constitutionem, n. 2.

<sup>81</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

<sup>82</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 6; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23.

§ 3. DE PRESBYTERIS ET DIACONIS

*Canon 48*

§ 1. Omnes presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant, sacramento Ordinis veri consecrantur Novi Testamenti sacerdotes, unius eiusdemque Christi sacerdotii cum Episcopis consortes, et ita constituuntur Christi ministri qui, tanquam Ordinis Episcopalis cooperatores, munus et auctoritatem participant qua Christus Ipse Corpus Suum extruit, sanctificat et regit.<sup>78</sup>

§ 2. Cum Ordinis Episcopalis cooperatores constituti sint, in exercenda sua potestate pendent a suis Episcopis, qui quidem, propter donum Spiritus Sancti quod presbyteris in sacra Ordinatione datum est, illos habent ut necessarios adiutores et consiliarios in ministerio et munere docendi, sanctificandi et pascendi plebem Dei.<sup>79</sup>

§ 3. Presbyteri, utpote per Ordinationem in Ordine Presbyteratus constituti, omnes inter se intima fraternitate sacramentali conecuntur. Qui servitio certae Ecclesiae particularis sub Episcopo eiusdem proprio addicuntur, diversis quidem officiis mancipati sed unum pro hominibus sacerdotale ministerium gerentes, unum cum Episcopo efformant presbyterium, quod modis iure determinatis Episcopum in populo pascendo adiuvet.<sup>80</sup>

*Canon 49*

Episcoporum, sicut et Presbyterorum, in munere ipsis commissio perfungendo, adiutores sunt diaconi, qui

<sup>78</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 2, 7, 12, 15; Decr. *Christus Dominus*, n. 28.

<sup>79</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 7.

<sup>80</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 7 et 8; Decr. *Christus Dominus*, n. 28; Decr. *Ad gentes*, n. 19.

§ 3. DE PRESBYTERIS ET DIACONIS

*Canon 49*

§ 1. Omnes presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant, sacramento Ordinis veri consecrantur Novi Testamenti sacerdotes, unius eiusdemque Christi sacerdotii cum Episcopis consortes, et ita constituuntur Christi ministri, qui, tanquam Ordinis Episcopalis cooperatores, munus et auctoritatem participant qua Christus Ipse Corpus Suum extruit sanctificat et regit.<sup>83</sup>

§ 2. Cum Ordinis Episcopalis cooperatores constituti sint, in exercenda sua potestate pendent a suis Episcopis, qui quidem, propter donum Spiritus Sancti quod presbyteris in sacra Ordinatione datum est, illos habent ut necessarios adiutores et consiliarios in ministerio et munere docendi, sanctificandi et pascendi plebem Dei.<sup>84</sup>

§ 3. Presbyteri, utpote per Ordinationem in Ordine Presbyteratus constituti, omnes inter se intima fraternitate sacramentali conecuntur. Qui servitio certae Ecclesiae particularis sub Episcopo eiusdem proprio addicuntur, diversis quidem officiis mancipati sed unum pro hominibus sacerdotale ministerium gerentes, unum cum Episcopo efformant presbyterium, quod modis iure determinatis Episcopo in populo pascendo *adsit*.<sup>85</sup>

*Canon 50*

Episcoporum, sicut et Presbyterorum, in munere ipsis commissio perfungendo, adiutores sunt diaconi, qui nem-

<sup>83</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 2, 7, 12, 16; Dec. *Christus Dominus*, n. 28.

<sup>84</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 7.

<sup>85</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 7 et 8; Decr. *Christus Dominus*, n. 27, 34; Decr. *Ad gentes*, n. 19.

nempe gratia Ordinis sacramentali roborati deputantur, ut, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis, Populo Dei inserviant, prout eis a competenti auctoritate assignatum est.<sup>81</sup>

<sup>81</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

pe gratio Ordinis sacramentali roborati deputantur, ut, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis, Populo Dei inserviant, prout eis a competenti auctoritate assignatum est.<sup>86</sup>

<sup>86</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

## CAPUT II

### De Ecclesiae Muneribus

#### Canon 50

§ 1. Iesus Christus, Pastor aeternus, sanctam aedificavit Ecclesiam, missis Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre (cf. *Io.* 20, 21). Sicut Eum misit Deus, ut esset Magister, Rex et Sacerdos omnium, Caput novi et universalis Populi Dei, ita Christus, ad sanctam Ecclesiam Suam ubique terrarum usque ad consummationem saeculi stabiliendam, munus docendi, regendi et sanctificandi Collegio duodecim concredidit, quos ideo speciali effusione supervenientis Spiritus ditavit.<sup>1</sup>

§ 2. Ecclesia itaque, donis sui Fundatoris instructa, ut secundum legem Evangelii in communionem caritatis exsequatur quam ab Eo recepit missionem, scilicet Regnum Christi et Dei annuntiandi et in omnibus gentibus instaurandi, triplex munus adimplere debet: munus docendi, ut homines universi per fidem et baptismum discipuli fiant Christi; munus sanctificandi, ut omnes in Christum credentes de plenitudine sanctitatis Christi per Sacrificium praesertim et sacramenta, abundanter participant; munus regendi, ut omnes qui ad Populum Dei pertineant, officiorum suorum conscii, ita dirigan-

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 5, 13, 20; Decr. *Ad gentes*, n. 1; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 2.

#### Canon 51

§ 1. Iesus Christus, Pastor aeternus, sanctam aedificavit Ecclesiam, missis Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre (cf. *Io.* 20, 21). Sicut Eum misit Deus, ut esset Magister, Rex et Sacerdos omnium, Caput novi et universalis Populi Dei, ita Christus, ad sanctam Ecclesiam Suam ubique terrarum usque ad consummationem saeculi stabiliendam, munus docendi, *sanctificandi et regendi* Collegio duodecim concredidit, quos ideo *virtute supervenientis Spiritus Sancti ditavit* (cf. Act. 1, 8) et *consecravit*.<sup>1</sup>

§ 2. Ecclesia itaque, *variis donis Spiritus Sancti pro diversitate membrorum* instructa, ut secundum legem Evangelii in communionem caritatis exsequatur quam ab Eo recepit missionem, scilicet Regnum Christi et Dei annuntiandi et in omnibus gentibus instaurandi, triplex munus adimplere debet: munus docendi, ut homines universi per fidem et baptismum discipuli fiant Christi; munus sanctificandi, ut omnes in Christum credentes de plenitudine sanctitatis Christi *in Eius Spiritu* per Sacrificium *Eucharisticum* praesertim et *alia sacramenta necnon verbum Dei*, abundanter participant; munus regendi, ut

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 5, 13, 21; Decr. *Ad gentes*, n. 1; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 2.

tur ut in communione caritatis iugiter vivant atque operentur.<sup>2</sup>

#### Canon 51

Inter haec munera eminet munus sanctificationis, quod quidem Ecclesia praesertim exercet in S. Liturgia, in qua etiam ministerium verbi adimplet. S. Liturgia, quamvis non expleat totam Ecclesiae actionem, eius unitatem efficit et manifestat atque culmen est ad quod Ecclesia tendit et simul fons unde omnis eius virtus emanat. Ministerium verbi et regimen pastorale ad id ordinantur ut omnes, per fidem et Baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in medio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participant et coenam dominicam manducent sicque plene Corpori Christi inserantur.<sup>3</sup>

#### Canon 52

§ 1. Ad munera, quae natura sua ad missionem Ecclesiae spectant, adimplenda, constituti sunt imprimis Episcopi, quippe qui consecrati sint ut Ipsius Christi, Magistri, Pastoris ac Pontificis, partes sustineant et in Eius persona agant, in communione cum Collegii Capite et membris.<sup>4</sup>

§ 2. Triplex hoc munus etiam exercent Presbyteri, quippe qui, ut Ordinis

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 5, 16, 26, 27; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 6.

<sup>3</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, nn. 9, 10; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>4</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 39; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 21.

omnes qui ad Populum Dei pertineant, officiorum suorum conscii, ita dirigantur ut in communione caritatis iugiter vivant atque operentur.<sup>2</sup>

#### Canon 52

*Ecclesiae munera, quorum quidem implemento ipsa laudem Dei et hominum sanctificationem persequitur, cum Sacra Eucharistia cohaerent et ad hoc augustissimum ordinantur sacramentum, in quo totum bonum spirituale Ecclesiae continetur.*<sup>3</sup> S. Liturgia itaque, cuius Eucharistica celebratio est centrum, licet non totam Ecclesiae actionem expleat, eius unitatem efficit et manifestat atque culmen est ad quod actio Ecclesiae tendit et simul est fons unde omnis eius virtus emanat. Ministerium quidem verbi et regimen pastorale ad id ordinantur ut omnes, per fidem et baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in medio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participant et coenam dominicam manducent sicque plene Corporis Christi inserantur.<sup>4</sup>

#### Canon 53

§ 1. Ad munera, quae natura sua ad missionem Ecclesiae spectant, adimplenda, constituti sunt imprimis Episcopi, quippe qui consecrati sint ut Ipsius Christi Magistri, Pastoris ac Pontificis, partes sustineant et in Eius persona agant, in communione *hierarchica* cum Collegii Capite et membris.<sup>5</sup>

§ 2. Triplex hoc munus etiam *adimplent* Presbyteri, quippe qui, ut Ordinis

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 5, 16, 26, 27; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 6.

<sup>3</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 7; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Cf. St. Thomas, *Summa Theol.*, III, q. 65, A. 1, q. 79, a. 1, c. et ad 1.

<sup>4</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, nn. 9, 10; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28.

<sup>5</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 39; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 21.

episcopalis cooperatores, et ipsi Christi ministerium exercent, Eius personam gerentes.<sup>5</sup> Episcopis et Presbyteris, in his muneribus implendis, inserviunt Diaconi.

§ 3. Christifideles, quippe qui baptisate Christo incorporati et de munere Christi sacerdotali, prophetico et regali suo modo participes facti sint, pro parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia et in mundo exercent.<sup>6</sup>

#### Articulus 1

#### DE ECCLESIAE MUNERE DOCENDI

##### Canon 53

§ 1. Christus Dominus fidei depositum Ecclesiae concredidit, ut ipsa, Spiritu Sancto assistente, doctrinam revelatam sancte custodiret, intimius perscrutaretur, fideliter exponeret atque annuntiaret.<sup>7</sup>

§ 2. Ecclesiae officium et ius nativum est, a qualibet humana potestate independens, omnes gentes evangelicam doctrinam docendi.<sup>8</sup>

§ 3. Omnis homo, quippe qui veritatem in iis quae Deum Eiusque Ecclesiam respiciunt quaerere teneatur, veritati evangelicae veraeque Ecclesiae, quam cognoscat, ipsa lege divina adhaerere obligatur.<sup>9</sup>

##### Canon 54

Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt quae verbo Dei scripto vel tradito, tanquam uno fidei deposito

<sup>5</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 1; Decr. *Ad gentes*, n. 39.

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 10, 12 et 31; Decr. *Apostolicam actuositatem*, nn. 2, 10.

<sup>7</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; Paulus VI, Homilia in IX ss. Concilii Vat. II sessione habita, die 7 dec. 1965: *A.A.S.*, 58 (1966), pp. 51-59; *C.I.C.*, can. 1322, § 1; Const. *Dei Verbum*, n. 8.

<sup>8</sup> Cf. *C.I.C.*, can. 1322, § 2.

<sup>9</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; Decl. *Dignitatis humanae*, n. 1.

nis episcopalis cooperatores, et ipsi Christi ministerium exercent, Eius personam gerentes.<sup>6</sup> Episcopis et Presbyteris, in his muneribus implendis, inserviunt Diaconi.

§ 3. Christifideles, quippe qui baptisate Christo incorporati et de munere Christi sacerdotali, prophetico et regali suo modo participes facti sint, pro parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia et in mundo exercent.<sup>7</sup>

#### Articulus 1

#### DE ECCLESIAE MUNERE DOCENDI

##### Canon 54

§ 1. Christus Dominus fidei depositum Ecclesiae concredidit, ut ipsa, Spiritu Sancto assistente, *veritatem* revelatam sancte custodiret, intimius perscrutaretur, fideliter *annuntiaret atque exponeret*.<sup>8</sup>

§ 2. Ecclesiae officium et ius nativum est a qualibet humana potestate independens, *omnibus gentibus Evangelium praedicare*.<sup>9</sup>

##### Canon 55

§ 1. Populus Dei sanctus de munere quoque prophetico Christi participat, vivum Eius testimonium maxime per

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 1; Decr. *Ad gentes*, n. 39.

<sup>7</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 10, 12 et 31; Decr. *Apostolicam actuositatem*, nn. 2, 10.

<sup>8</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; Const. *Dei Verbum*, n. 8; Paulus VI, Homilia in IX ss. Concilii Vat. II sessione habita, die 7 dec. 1965: *A.A.S.*, 58 (1966), pp. 51-59; *C.I.C.*, can. 1322, § 1.

<sup>9</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 24; Const. *Dei Verbum*, n. 7-8.

Ecclesiae commisso, continentur, quae ab Ecclesiae magisterio sive sollemni sive ordinario et universali uti divinitus revelata credenda proponuntur.<sup>10</sup>

#### Canon 55

§ 1. Populus Dei sanctus de munere quoque prophetico Christi participat, vivum Eius testimonium maxime per vitam fidei ac caritatis diffundendo, et Deo hostiam laudis offerendo, fructum laborum confitentium nomini Eius (cf. *Hebr.* 13, 15).

§ 2. Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf. 1 *Io.* 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum « ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles »<sup>11</sup> universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet.

<sup>10</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius*, cap. 3; Denz. 1792; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; Const. dogm. *Dei Verbum*, n. 10; *C.I.C.*, can. 1323, § 1.

<sup>11</sup> Cf. S. Augustinus, *De Praed. Sanct.*, 14, 27: PL 44, 980.

vitam fidei ac caritatis diffundendo, et Deo hostiam laudis offerendo, fructum laborum confitentium nomini Eius (cf. *Hebr.* 13, 15).

§ 2. Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf. 1 *Io.* 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum « ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles »<sup>10</sup> universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet. *Illo enim sensu fidei*, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Populus Dei sub ductu sacri magisterii, cui fideliter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cf. 1 *Thess.* 2, 13), « semel traditae sanctis fidei » (*Iud.* 3), indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat.<sup>11</sup>

#### Canon 56

§ 1. Infallibili magisterio, vi muneris sui, gaudet Summus Pontifex, Collegii Episcoporum Caput, quando ut supremus omnium christifidelium Pastor et Doctor, *cuius est fratres suos confirmare* (cf. *Lc.* 23, 32), doctrinam de fide vel de moribus *definitivo* actu proclamat.<sup>12</sup>

§ 2. Eodem infallibili magisterio pollet Collegium Episcoporum. Illud exercent Episcopi in Concilio oecumenico coadunati, quando, ut fidei et morum doctores, pro universa Ecclesia doctrinam de fide vel de moribus ut *definitive* tenendam *declarant*. Illud exercent etiam per orbem dispersi, sed communionis nexum inter se et cum

<sup>10</sup> Cf. S. Augustinus, *De Praed. Sanct.*, 14, 27: PL 44, 980.

<sup>11</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 12; Const. *Dei Verbum*, n. 10.

<sup>12</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Pastor aeternus*, 4; Denz. 1839 (3074); Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

§ 3. Sensus fidei, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Populus Dei sub ductu sacri magisterii, cui fideliter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cf. *1 Thess.* 2, 13), « semel traditae sanctis fidei » (*Iud.* 3), indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat.<sup>12</sup>

#### Canon 56

§ 1. Infallibili magisterio, vi muneris sui, gaudet Summus Pontifex, Collegii Episcoporum Caput, quando ut supremus omnium christifidelium Pastor et Doctor, doctrinam de fide vel de moribus definito actu proclamat.<sup>13</sup>

§ 2. Eodem infallibili magisterio pollet Collegium Episcoporum. Illud exercent Episcopi in Concilio oecumenico coadunati, quando, ut fidei et morum doctores, pro universa Ecclesia doctrinam de fide vel de moribus ut tenendam definiunt. Illud exercent etiam per orbem dispersi, sed communionis nexum inter se et cum Petri successore servantes, quando authentice res fidei vel morum docentes, in unam sententiam tanquam definitive tenendam conveniunt.<sup>14</sup>

§ 3. Dogmatice definita seu declarata nulla intelligitur doctrina, nisi id manifeste constiterit.<sup>15</sup>

<sup>12</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 12; Const. *Dei Verbum*, n. 10.

<sup>13</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Pastor aeternus*, 4: Denz. 1839 (3074); Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

<sup>14</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Dei Filius*, 3: Denz. 1712 (3011); Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

<sup>15</sup> Cf. C.I.C., can. 1323, § 3.

Petri successore servantes, quando authentice res fidei vel morum docentes, in unam sententiam tanquam definitive tenendam conveniunt.<sup>13</sup>

§ 3. Dogmatice definita seu declarata nulla intelligitur doctrina, nisi id manifeste constiterit.<sup>14</sup>

#### Canon 57

Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt quae verbo Dei scripto vel tradito, uno *scilicet* fidei deposito Ecclesiae commisso, continentur, quaeque ab Ecclesiae magisterio sive sollemni sive ordinario et universali uti divinitus revelata credenda proponuntur.<sup>15</sup>

<sup>13</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius*, 3: Denz. 1712 (3011); Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

<sup>14</sup> Cf. C.I.C., can. 1323, § 3.

<sup>15</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius*, cap. 3: Denz. 1792; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; Const. dogm. *Dei verbum*, n. 10; C.I.C., can. 1323, § 1.

Canon 57

Non quidem fidei, religiosum tamen voluntatis et intellectus obsequium praestandum est doctrinae quam sive Summus Pontifex, sive Collegium Episcoporum, de fide vel de moribus enuntiant, cum magisterium authenticum exercent, quin definito actu eandem proclamare intendant.<sup>16</sup>

Canon 58

Religioso animi obsequio adhaerendum est doctrinae quam Episcopi in communione qui sunt cum Collegii Capite et membris, sive singuli, sive in Synodis aut in Conferentiis congregati, enuntiant; hi enim licet intallibilitate docendi non polleant, fidelium suae curae commissorum authentici sunt fidei doctores et magistri. Cui authentico magisterio sui Episcopi fideles religioso animi obsequii adhaerere tenentur.<sup>17</sup>

Canon 59

§ 1. Cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi seu praedicandi, toti Ecclesiae commissa, ad Corpus Episcoporum imprimis pertinet, quippe quibus omnibus in communi Christus docendi mandatum dederit.<sup>18</sup>

§ 2. Singulari modo munus christiani nominis propagandi demandatum est successori Petri, Summo Pontifici.<sup>19</sup>

§ 3. Episcopi singuli, utpote fidei praecones et doctores, officium et ius habent Evangelicum nuntium, per se ipsi, populo sibi commisso praedicandi; insuper, quia omnium Ecclesiarum

<sup>16</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

<sup>17</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; *C.I.C.*, can. 1328.

<sup>18</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 23, 25; Decr. *Ad gentes*, n. 29.

<sup>19</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Ad gentes*, n. 29.

Canon 58

Non quidem fidei, religiosum tamen voluntatis et intellectus obsequium praestandum est doctrinae quam sive Summus Pontifex, sive Collegium Episcoporum, de fide vel de moribus enuntiant, cum magisterium authenticum exercent, *etsi definitivo actu eandem proclamare non intendant.*<sup>16</sup>

Canon 59

Religioso animi obsequii adhaerendum est doctrinae quam Episcopi in communione *hierarchica* qui sunt cum Collegii Capite et membris, sive singuli, sive in Synodis aut in Conferentiis congregati, enuntiant; hi enim licet infallibilitate *in* docendo non polleant, fidelium suae curae commissorum authentici sunt fidei doctores et magistri. Cui authentico magisterio *suorum* Episcoporum fideles religioso animi obsequio adhaerere tenentur.<sup>17</sup>

Canon 60

§ 1. Cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi seu praedicandi, toti Ecclesiae commisso, ad Corpus Episcoporum imprimis pertinet, quippe quibus omnibus in communi Christus docendi mandatum dederit.<sup>18</sup>

§ 2. Singulari modo munus christiani nominis *diffundendi* demandatum est successori Petri, Summo Pontifici.<sup>19</sup>

§ 3. Episcopi singuli, utpote fidei praecones et doctores, officium et ius habent Evangelicum nuntium, per se ipsi, populo sibi commisso praedicandi; insuper, quia omnium Ecclesiarum

<sup>16</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

<sup>17</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25.

<sup>18</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 23, 25; Decr. *Ad gentes*, n. 29.

<sup>19</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Ad gentes*, n. 29.

cum ceteris Episcopis sunt sponsores, adiutricem operam praestare tenentur ut Dei verbum omnibus gentibus nuntietur.<sup>20</sup>

#### Canon 60

§ 1. Presbyteri, utpote Episcoporum cooperatores, primum habent officium Evangelium Dei annuntiandi; praesertim hoc officio, quoad gregem sibi commissum, tenentur parochi aliique quibus animarum cura concreditur. Diaconorum est in diaconia verbi Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inservire.<sup>21</sup>

§ 2. In hoc munere adimplendo, Episcopi insuper in auxilium sibi assumant religiosos atque idoneos laicos, utriusque sexus, quippe qui, ut Christi testes, ad evangelizationis opus et ipsi cooperari debent.<sup>22</sup>

#### Canon 61

Etsi cunctis christifidelibus officium sit adlaborandi ut nuntius evangelicus diffundatur, nemini licet quodvis ministerium verbi Dei nomine Ecclesiae annuntiandi exercere, nisi ab auctoritate competenti missionem acceperit, sive facultate specialiter data, sive officio collato cui ex sacris canonibus hoc munus inhaereat.<sup>23</sup>

#### Articulus 2

#### DE ECCLESIAE MUNERE SANCTIFICANDI

#### Canon 62

Munus sanctificationis sibi commissum nomine Christi implens, Ecclesia hominibus partitur media salutis quae ipsi divinitus concredita sunt. Praeser-

<sup>20</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Christus Dominus*, n. 6.

<sup>21</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 6; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

<sup>22</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 41.

<sup>23</sup> Cf. C.I.C., cann. 1327 et 1328.

cum ceteris Episcopis sunt sponsores, adiutricem operam praestare tenentur ut Dei verbum omnibus gentibus nuntietur.<sup>20</sup>

#### Canon 61

§ 1. Presbyteri, utpote Episcoporum cooperatores, primum habent officium Evangelium Dei annuntiandi; praesertim hoc officio, quoad gregem sibi commissum, tenentur parochi aliique quibus animarum cura concreditur. Diaconorum est in diaconia verbi Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inservire.<sup>21</sup>

§ 2. In hac munere adimplendo, Episcopi insuper in auxilium sibi *assumere possunt* religiosos atque idoneos laicos, utriusque sexus, quippe qui, ut Christi testes, ad evangelizationis opus et ipsi cooperari debent.<sup>22</sup>

#### Canon 62

Cunctis christifidelibus officium *est* adlaborandi ut nuntius evangelicus diffundatur; *ut tamen quis* ministerium verbi Dei nomine Ecclesiae exercere *possit*, missionem a *competenti auctoritate accipere debet*, sive facultate specialiter data, sive officio collato cui ex sacris canonibus hoc munus inhaereat.<sup>23</sup>

#### Articulus 2

#### DE ECCLESIAE MUNERE SANCTIFICANDI

#### Canon 63

Munus sanctificationis sibi commissum nomine Christi implens, Ecclesia hominibus, *qui ad sanctitatem in Spiritu vocantur omnes*, media partitur

<sup>20</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 23; Decr. *Christus Dominus*, n. 6.

<sup>21</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 4; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

<sup>22</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 41.

<sup>23</sup> Cf. C.I.C., cann. 1327 et 1328.

tim oratione et sacris liturgicis celebrationibus, per Sacrificium Eucharisticum et alia sacramenta, hoc opus salutis exercet.<sup>24</sup>

#### Canon 63

Sacramenta a Christo Domino instituta sunt ad hominum sanctificationem ideoque ad Corporis Sui aedificationem. Signa sunt quibus, virtute Spiritus Sancti, gratia confertur vel augetur, quibusque credentes arcano ac reali modo Christo passo et glorificato uniantur.<sup>25</sup> Centrum eorum est Sanctissima Eucharistia, qua fideles in Corpus Christi mysticum plene incorporantur, ad quam ideo cetera sacramenta, sicut et omnia ministeria et opera apostolatus ordinantur.<sup>26</sup>

#### Canon 64

§ 1. Munus sanctificationis exercent imprimis Episcopi qui, utpote plenitudine sacramenti Ordinis insigniti, sunt Summi Sacerdotes, mysteriorum Dei dispensatores, atque totius vitae liturgicae in Ecclesia sibi commissa moderatores, promotores atque custodes.<sup>27</sup>

<sup>24</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 41.

<sup>25</sup> Cf. S. Thomas, *Summa Theol.*, III, qu. 62, art. 5, ad 1; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 7.

<sup>26</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 9; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>27</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 26; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 41; Decr. *Christus Dominus*, n. 15.

*sibi divinitus concredita*. Praesertim oratione et sacris liturgicis celebrationibus, per Sacrificium Eucharisticum et alia sacramenta, hoc opus salutis exercet.<sup>24</sup>

#### Canon 64

§ 1. Sacramenta a Christo Domino instituta sunt ad hominum sanctificationem ideoque ad Corporis Sui aedificationem. Signa sunt quibus, virtute Spiritus Sancti, gratia confertur vel augetur, quibusque credentes arcano ac reali modo Christo passo et glorificato uniantur.<sup>25</sup> Centrum eorum est Sanctissima Eucharistia, qua fideles in Corpus Christi mysticum plene incorporantur, ad quam ideo cetera sacramenta, sicut et omnia ministeria et opera apostolatus ordinantur.<sup>26</sup>

§ 2. *Cum sacramenta, eadem quidem pro universa Ecclesia, ad vinculum communionis inter christifideles stabilendum firmandumque magnopere conferant, competentis auctoritatis Ecclesiae est definire conditiones quae ad validam et licitam sacramentorum administrationem ac receptionem, necnon quae ad ordinem in eorum celebratione servandum spectant.*

#### Canon 65

§ 1. Munus sanctificandi exercent imprimis Episcopi qui, utpote plenitudine sacramenti Ordinis insigniti, sunt Magni Sacerdotes, mysteriorum Dei praecipui dispensatores, atque totius vitae liturgicae in Ecclesia sibi commissa moderatores, promotores atque custodes.<sup>27</sup>

<sup>24</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 41.

<sup>25</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 7; S. Thomas, *Summa Theol.*, III, qu. 62, art. 5, ad 1.

<sup>26</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes*, n. 9; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 21.

<sup>27</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 26; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 41; Decr. *Christus Dominus*, n. 15.

§ 2. Illud quoque exercent Presbyteri, quippe qui, et ipsi Christi sacerdotii participes, ut Eius ministri, sub Episcoporum auctoritate, ad cultum divinum celebrandum et populum sanctificandum deputentur.<sup>28</sup>

§ 3. Ad ministerium Episcopis et Presbyteris praestandum consecrati, Diaconi in hoc divino cultu celebrando partes habent, ad normam sacrorum canonum.<sup>29</sup>

#### Canon 65

§ 1. Augustissimum Sacramentum est Sanctissima Eucharistia, qua continuo vivit et crescit Ecclesia.<sup>30</sup> Sacrificium Eucharisticum, memoriale mortis et resurrectionis Domini, in quo Sacrificium Crucis in saecula perpetuatur,<sup>31</sup> totius vitae christianae est culmen et fons, quo significatur et efficitur unitas Populi Dei et Corporis Christi aedificatio perficitur.<sup>32</sup>

§ 2. Eucharisticum celebrare Sacrificium, dirigente quidem Episcopo qui communitati praeest, opus est sacerdotum; qui suum munus maxime exercent in hoc eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes Eiusque mysterium proclamantes, vota fidelium sacrificio Capitis ipsorum coniungunt, et unicum Sacrificium Novi Testamenti, Christi scilicet Sese immaculatam hostiam offerentis (cf. *Hebr.* 9, 11-28), repraesentant et applicant.<sup>33</sup>

§ 3. Diaconorum est in celebratione

<sup>28</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28.

<sup>29</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

<sup>30</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 11, 26.

<sup>31</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 47.

<sup>32</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 3, 11, 17; Decr. *Christus Dominus*, n. 30; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>33</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28.

§ 2. Illud quoque exercent Presbyteri, quippe qui, et ipsi Christi sacerdotii participes, ut Eius ministri, sub Episcoporum auctoritate, ad cultum divinum celebrandum et populum sanctificandum consecrentur.<sup>28</sup>

§ 3. Ad ministerium Episcopis et Presbyteris praestandum consecrati, Diaconi in hoc divino cultu celebrando partes habent, ad normam sacrorum canonum.<sup>29</sup>

#### Canon 66

§ 1. Augustissimum Sacramentum est Sanctissima Eucharistia, in qua ipsemet *Christus Dominus continetur, offertur et sumitur*, qua quidem continuo vivit et crescit Ecclesia.<sup>30</sup> Sacrificium Eucharisticum, memoriale mortis et resurrectionis Domini, in quo Sacrificium Crucis in saecula perpetuatur,<sup>31</sup> totius vitae christianae est culmen et fons, quo significatur et efficitur unitas Populi Dei et Corporis Christi aedificatio perficitur.<sup>32</sup>

§ 2. Eucharisticum celebrare Sacrificium, dirigente quidem Episcopo qui communitati praeest, opus est sacerdotum; qui suum munus maxime exercent in hoc eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes Eiusque mysterium proclamantes, vota fidelium sacrificio Capitis ipsorum coniungunt, et unicum Sacrificium Novi Testamenti, Christi scilicet Sese immaculatam hostiam offerentis (cf. *Hebr.* 9, 11-28), repraesentant et applicant.<sup>33</sup>

§ 3. Diaconorum est in celebratione

<sup>28</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28.

<sup>29</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

<sup>30</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 11, 26.

<sup>31</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 47.

<sup>32</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 3, 11, 17; Decr. *Christus Dominus*, n. 30; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>33</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28.

eucharistica inservire, Eucharistiam servare, eamque fidelibus distribuere.<sup>34</sup>

§ 4. Christifideles, qui divinam victimam et seipsos cum Ea, una cum sacerdotibus offerunt, atque hac oblatione et praesertim Sacra Communione de Corpore Domini realiter participant, ad communionem cum Eo ac inter se elevantur.<sup>35</sup>

#### Canon 66

§ 1. Primum quidem omnium sacramentorum locum tenet sanctum Baptisma, quod vitae spiritualis ianua est. Per ipsum enim homines, accipiendo Spiritum Sanctum, filii Dei fiunt et consortes divinae naturae, configurantur Christo, et ita incorporantur in Ecclesia.<sup>36</sup>

§ 2. Baptismum valide confert quilibet homo intendens agere quod Christus instituit; sacerdotum et diaconorum est illum sollemniter administrare, iuxta sacrorum canonum praescripta.<sup>37</sup>

#### Canon 67

§ 1. Sacramento Confirmationis fideles perfectius Ecclesiae vinculantur, speciali Spiritus Sancti robore ditantur et ita ad fidem, tanquam veri Christi testes, verbo et opere simul diffundendam et defendendam arctius obligantur.<sup>38</sup>

§ 2. Ministri originarii Sacramenti Confirmationis sunt Episcopi; illud tamen etiam Presbyteri, hac facultate sive ipso iure sive speciali auctoritatis com-

<sup>34</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

<sup>35</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 7, 11 Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>36</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis, *de sacramentis*: Denz. 696; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 11, 40; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>37</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 17, 29; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 68; C.I.C., can. 742, § 1.

<sup>38</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Ad gentes*, n. 36; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

eucharistica inservire, Eucharistiam servare, eamque fidelibus distribuere.<sup>34</sup>

§ 4. Christifideles, qui divinam victimam et seipsos cum Ea offerunt, atque hac oblatione et praesertim Sacra Communione de Corpore Domini realiter participant, ad communionem cum Eo ac inter se elevantur.<sup>35</sup>

#### Canon 67

§ 1. Primum quidem omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptismum, quod vitae spiritualis ianua est. Per ipsum enim homines, accipiendo Spiritum Sanctum, *indelebili caractere Christo configurantur*, consortes fiunt divinae naturae et filii Dei, atque incorporantur Ecclesiae.<sup>36</sup>

§ 2. Baptismum valide confert quilibet homo intendens agere quod Christus instituit; *eius tamen ministri ordinarii sunt sacerdotes et diaconi*.<sup>37</sup>

#### Canon 68

§ 1. Sacramento confirmationis *imprimatur character quo fideles perfectius Ecclesiae vinculantur*, speciali Spiritus Sancti robore ditantur et ita ad fidem, tanquam veri Christi testes, verbo et opere simul diffundendam et defendendam arctius obligantur.<sup>38</sup>

§ 2. Ministri originarii Sacramenti confirmationis sunt Episcopi; illud tamen etiam Presbyteri, hac facultate sive ipso iure sive speciali auctoritatis com-

<sup>34</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29.

<sup>35</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 7, 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>36</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis, *de sacramentis*: Denz. 696; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 11, 40; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>37</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 17, 29; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 68; C.I.C., can. 742, § 1.

<sup>38</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Ad gentes*, n. 36; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

petentis concessione donati, conferre valent, servatis sacrorum canonum praescriptis.<sup>39</sup>

Canon 68

§ 1. Sacramento Poenitentiae, fideles qui peccata confitentur de iisdem dolentes, veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent, et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt.<sup>40</sup>

§ 2. Soli sacerdotes hoc ministerio reconciliationis funguntur, attentis praescriptis datis a suprema Ecclesiae auctoritate et ab Episcopis, quippe qui disciplinae paenitentialis sint moderatores.<sup>41</sup>

Canon 69

Sacra infirmorum unctione atque oratione, quam nomine Ecclesiae fundunt Presbyteri, huius Sacramenti ministri, fideles aegrotantes Domino patienti et glorificato commendantur, ut eos alleviet et salvet.<sup>42</sup>

Canon 70

§ 1. Sacramento Ordinis inter fideles qui sunt insigniti, gratia Spiritus Sancti quam recipiunt et caractere perenni quo donantur, Christi ministri instituuntur, participantes secundum

<sup>39</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 26; Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 13, 14; cf. etiam S. Congr. de disciplina Sacramentorum, Decr. *Spiritus Sancti munera*, 14 sep. 1946: *A.A.S.*, 38 (1946), p. 280; Paulus VI, Motu Proprio *Pastorale munus*, 30 nov. 1963, I, n. 13: *A.A.S.*, 56 (1964), pp. 5-12.

<sup>40</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 699, 1324; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>41</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 26, 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>42</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 700; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 73.

petentis concessione donati, conferre valent, servatis sacrorum canonum praescriptis.<sup>39</sup>

Canon 69

§ 1. Sacramento poenitentiae, fideles qui peccata confitentur de iisdem dolentes, veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent, et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt.<sup>40</sup>

§ 2. Soli sacerdotes hoc ministerio reconciliationis funguntur, attentis praescriptis datis a suprema Ecclesiae auctoritate et ab Episcopis, quippe qui disciplinae paenitentialis sint moderatores.<sup>41</sup>

Canon 70

Sacra infirmorum unctione atque oratione, quam nomine Ecclesiae fundunt *Sacerdotes*, huius Sacramenti ministri, fideles aegrotantes Domino patienti et glorificato commendantur, ut eos alleviet et salvet,<sup>42</sup> *immo et roborantur ut sese Christi passioni et morti libere sociantes, ad bonum Populi Dei conferant.*

Canon 71

§ 1. Sacramento Ordinis inter fideles qui sunt insigniti, *unctione* Spiritus Sancti *qua consecrantur* et caractere perenni quo *signantur*, Christi ministri *constituuntur*, participantes secundum

<sup>39</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 26; Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 13, 14; cf. etiam S. Congr. de disciplina Sacramentorum, Decr. *Spiritus Sancti munera*, 14 sept. 1946: *A.A.S.*, 38 (1946), p. 280; Paulus VI, Motu Proprio *Pastorale munus*, 30 nov. 1963, I, n. 13: *A.A.S.*, 56 (1964), pp. 5-12.

<sup>40</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 699, 1324; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5.

<sup>41</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 26, 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, n. 16.

<sup>42</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 700; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 5; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 73.

uniuscuiusque ordinationis gradum auctoritatem qua Christus Corpus Suum exstruit, sanctificat et regit, ut ita mirabile opus Eius per tempora persequi valeant.<sup>43</sup>

§ 2. Episcopi, utpote pontificatus apicem habentes, sunt proprii Sacrorum Ordinum dispensatores, quos conferunt iuxta sacrorum canonum praescripta.<sup>44</sup>

#### Canon 71

§ 1. Sacramento matrimonii coniuges christiani, mysterium unitatis et foecunditatis amoris Christum inter et Ecclesiam significantes et participantes, Spiritu Christi roborantur et veluti consecrantur ut se invicem in vita coniugali necnon in prolis susceptione et educatione ad mutuam sanctificationem adiuvent et ita inter se coniuncti glorificationem Dei persequantur.<sup>45</sup>

§ 2. Sacramentum matrimonii recipiunt baptizati qui communionem vitae coniugalis inter se instaurant, irrevocabili consensu sese mutuo exclusive tradentes et accipientes, secundum praescripta ad coniugii foedus valide ineundum ab Ecclesia edicta.<sup>46</sup>

#### Canon 72

§ 1 Variis mediis munus sanctificationis etiam peragit Ecclesia praesertim orationibus deprecans Deum, ut fideles

<sup>43</sup> Cf. Conc. Trid., Sess. XXIII, cap. IV, can. 5; Denz. 966; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 2, 5, 7, 12.

<sup>44</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 701; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 26; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 2, 5.

<sup>45</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 702; Conc. Trid., Sess. VII, *de sacramentis in genere*, can. 1; Sess. XXIV, *de matrimonio, prooemium*, can. 1; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 11; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 48.

<sup>46</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 48; C.I.C., can. 1081; Pius XII, Motu Proprio *Crebrae allatae sunt*, 22 febr. 1949, can. 72.

uniuscuiusque ordinationis gradum *ministerium* quo Christus Corpus Suum exstruit, sanctificat et regit, ut ita mirabile opus Eius per tempora persequi valeant.<sup>43</sup>

§ 2. Episcopi, utpote pontificatus apicem habentes, sunt proprii Sacrorum Ordinum dispensatores.<sup>44</sup>

#### Canon 72

§ 1. Sacramento matrimonii coniuges christiani, mysterium unitatis et foecundi amoris Christum inter et Ecclesiam significantes et participantes, Spiritu Christi roborantur et veluti consecrantur ut se invicem in vita coniugali necnon in prolis susceptione et educatione ad mutuam sanctificationem adiuvent et ita inter se coniuncti glorificationem Dei persequantur.<sup>45</sup>

§ 2. Sacramentum matrimonii recipiunt baptizati qui communionem *indissolubilem* vitae coniugalis inter se instaurant, irrevocabili consensu sese mutuo exclusive tradentes et accipientes, secundum praescripta ad coniugii foedus valide ineundum ab Ecclesia edicta.<sup>46</sup>

#### Canon 73

§ 1. Variis mediis munus sanctificandi etiam peragit Ecclesia praesertim orationibus deprecans Deum, ut fideles

<sup>43</sup> Cf. Conc. Trid., Sess. XXIII, cap. IV, can. 5; Denz. 964; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 2, 5, 7, 12.

<sup>44</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 701; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 26; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, nn. 2, 5.

<sup>45</sup> Cf. Conc. Flor., Decr. pro Armenis: Denz. 702; Conc. Trid., Sess. VII, *de sacramentis in genere*, can. 1; Sess. XXIV, *de matrimonio, prooemium*, can. 1; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 11; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 11; Const. post. *Gaudium et spes*, n. 48.

<sup>46</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 48.

sanctificati sint in veritate (cf. *Io.* 17, 17-19; *1 Tim.* 4, 5), unusquisque secundum propria dona et munera per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur, incunctanter incedens.<sup>47</sup>

§ 2. Christifideles cuncti, quippe qui per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem in sacerdotium sanctum consecrentur, vocantur ut orationibus suis ad mundi salutem conferant et ad Regnum Christi in animis radicandum et roborandum adiuvent.<sup>48</sup>

§ 3. Publicam nomine Ecclesiae orationem, praesertim in divino Officio persolvendo, peragunt sacerdotes et diaconi, alique fideles ex institutione Ecclesiae ad eandem peragendam deputati, immo omnes christifideles sese Ecclesiae ministris associantes.<sup>49</sup>

#### Canon 73

§ 1. Ad sanctificationem Populi Dei fovendam, Ecclesia verum et authenticum promovet cultum Sanctorum, docens fideles ut eorum prosequantur « et conversatione exemplum, et communione consortium, et intercessione subsidium ».<sup>50</sup>

§ 2. Perantiquam universalemque traditionem sequens, Ecclesia peculiari veneratione colit Beatam Mariam Virginem, quae, verbo divino consentiens, facta est mater Dei Salvatoris, Eidem in mysterio redemptionis inserviens, et quam Christus hominum omnium matrem constituit.<sup>51</sup>

<sup>47</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 10, 40 et 41.

<sup>48</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 16.

<sup>49</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 84.

<sup>50</sup> Cf. Missale Romanum, e praefatione de Sanctis, dioecesis Galliae concessa; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 51.

<sup>51</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 50, 53, 54, 61-66; Decr. *Optatam totius*, n. 8; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 103.

sanctificati sint in veritate (cf. *Io.* 17, 17-19; *1 Tim.* 4, 5), unusquisque secundum propria dona et munera per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur, incunctanter incedens.<sup>47</sup>

§ 2. Christifideles cuncti, quippe qui per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem in *regale* sacerdotium consecrentur, vocantur ut orationibus suis, *sacrificiis et praesertim caritatis operibus* ad mundi salutem conferant et ad Regnum Christi in animis radicandum et roborandum adiuvent.<sup>48</sup>

§ 3. *Orationem* nomine Ecclesiae, praesertim in divino Officio persolvendo, peragunt sacerdotes, diaconi, *religiosi* alique fideles ex institutione Ecclesiae ad eandem peragendam deputati, immo omnes christifideles sese Ecclesiae ministris associantes.<sup>49</sup>

#### Canon 74

§ 1. Ad sanctificationem Populi Dei fovendam, Ecclesia verum et authenticum promovet cultum Sanctorum, docens fideles ut eorum prosequantur « et conversatione exemplum, et communione consortium, et intercessione subsidium ».<sup>50</sup>

§ 2. Perantiquam universalemque traditionem sequens, Ecclesia peculiari *et filiali* veneratione colit Beatam Mariam *semper Virginem*, quae, verbo divino consentiens, facta est mater Dei Salvatoris, Eidem in mysterio redemptionis inserviens, et quam Christus hominum omnium matrem constituit.<sup>51</sup>

<sup>47</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 10, 40 et 41.

<sup>48</sup> Cg. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 10; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 16.

<sup>49</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 84.

<sup>50</sup> Cf. Missale Romanum, e Praefatione de Sanctis, dioecesis Galliae concessa; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 51.

<sup>51</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 50, 53, 54, 61-66; Decr. *Optatam totius*, n. 8; Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 103.

### Articulus 3

#### DE ECCLESIAE MUNERE REGENDI

##### Canon 74

§ 1. Ecclesiae, ex divina institutione societati in ordine spirituali supremae, cui commissum est munus nomine Christi pastoris christifideles regendi, competit omnis quae ad hoc fidelium regimen ordinatur potestas, scilicet potestas legislativa, potestas executiva et potestas iudicialis, ad bonum spirituale fidelium commune quae requiruntur.<sup>52</sup>

§ 2. Hac potestate christifideles regendi in Ecclesia gaudent qui gubernationis ministri divinitus in eadem sunt constituti, atque in eadem exercenda partem habent, ad normam sacrorum canonum, ii quibus praedicti ministri exercitium huius potestatis commiserint.<sup>53</sup>

##### Canon 75

In universa Ecclesia, plena et suprema potestate ad Populum Dei regendum ex divina institutione pollent tum Summus Pontifex tum Collegium Episcoporum, ad normam canonum 33, 38 et 39.<sup>54</sup>

<sup>52</sup> Cf. Pius IX, Litt. Encl. *Quanta cura*, 8 dec. 1864: Denz. 1698; Leo XIII, Ep. Enc. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885, nn. 5-6; C.I.C. *Fontes*, t. III, n. 592, pp. 237-239; Pius XI, Litt. Enc. *Divini Illius Magistri*, 31 dec. 1929: A.A.S., 23 (1930), p. 53; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 8, 27; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>53</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 20, 22, 23.

<sup>54</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22.

### Articulus 3

#### DE ECCLESIAE MUNERE REGENDI

##### Canon 75

§ 1. Ecclesia, cui divinitus commissum est christifideles nomine Christi Pastoris ita regere ut in vita sua revera discipuli sint Christi (Mt. 28, 19), hoc munus explet eos consiliis suasionibusque adiuvando ac exemplis sustinendo, opera caritatis pietatisque ordinando atque incepta quae ad caritatem pietatemve exercendam fideles suscipiunt fovendo ac sustentando.

§ 2. Ad idem munus explendum instructa est universa quae ad regimen christifidelium spirituale curandum requiritur potestate, scilicet potestate legislativa, potestate executiva atque potestate iudiciali; qua quidem potestate qui gaudent eadem tantum ad populum Dei in veritate et sanctitate aedificandum utuntur.<sup>52</sup>

§ 3. Potestate regiminis in Ecclesia gaudent qui gubernationis ministri divinitus in eadem sunt constituti, atque in eadem exercenda partem habent, ad normam sacrorum canonum, ii quibus praedicti ministri exercitium huius potestatis commiserint.<sup>53</sup>

##### Canon 76

In universa Ecclesia, plena et suprema potestate ad Populum Dei regendum ex divina institutione pollent tum Summus Pontifex tum Collegium Episcoporum, ad normam canonum 34, 39 et 40.<sup>54</sup>

<sup>52</sup> Cf. Pius IX, Litt. Encl. *Quanta cura*, 8 dec. 1864: Denz. 1698; Leo XIII, Ep. Enc. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885, nn. 5-6; C.I.C. *Fontes*, t. III, n. 592, pp. 237-239; Pius XI, Litt. Enc. *Divini Illius Magistri*, 31 dec. 1929: A.A.S., 23 (1930), p. 53; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 8, 27; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>53</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 20, 22, 23.

<sup>54</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 22.

### Canon 76

§ 1. Quae a suprema Ecclesiae auctoritate feruntur et promulgantur ordinationes universales seu leges ecclesiasticae universales, omnes in universa Ecclesia obligant fideles pro quibus latae sunt.<sup>55</sup>

§ 2. Eos pariter obligant consuetudines universales a populo christiano introductae et ab auctoritate ecclesiastica approbatae ad normam sacrorum canonum.<sup>56</sup>

§ 3. In potestate legislativa exercenda certi inferiores ministri aut certae institutiones, secundum variantes Ecclesiae necessitates determinatae, illas partes habent quas ipsis suprema Ecclesiae auctoritas legislativa commiserit; Summo Pontifici, in exercitio eiusdem potestatis, auxilio esse potest praesertim Synodus Episcoporum, partes agens totius catholici Episcopatus, quo quidem eiusdem sollicitudo erga universam Ecclesiam significatur.<sup>57</sup>

### Canon 77

§ 1. Potestatem executivam quam vocant exercet suprema Ecclesiae auctoritas varios curans administrationis actus ad Dei Populi regimen utiles, et praesertim providens ut salvis legibus consuetudinibusque probatis edantur decreta particularia, quibus executioni mandentur leges, atque instructiones, quae legibus maiorem et lucem et efficientiam pariant.<sup>58</sup>

§ 2. Ad hanc potestatem exercendam utitur praesertim institutionibus seu dicasteriis, secundum temporum

<sup>55</sup> Cf. C.I.C., can. 13, § 1; Pius XII, Motu Proprio quo promulgantur canones pro Ecclesiis Orientalibus.

<sup>56</sup> Cf. C.I.C., can. 25.

<sup>57</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 9; Paulus VI, Motu Proprio *Apostolica Sollicitudo*, 15 sept. 1965: A.A.S., 57 (1965), n. 775 s.

<sup>58</sup> Cf. Benedictus XV, Motu Proprio *Cum Iuris Canonici Codicem*, 15 sept. 1917: A.A.S., 9 (1917), p. 483 s.

### Canon 77

§ 1. Quae a suprema Ecclesiae auctoritate feruntur et promulgantur ordinationes universales seu leges ecclesiasticae universales, omnes in universa Ecclesia obligant fideles pro quibus latae sunt.<sup>55</sup>

§ 2. Eos pariter obligant consuetudines universales a populo christiano introductae et ab auctoritate ecclesiastica approbatae ad normam sacrorum canonum.<sup>56</sup>

§ 3. In *suprema* potestate legislativa exercenda certi inferiores ministri aut certae institutiones, secundum variantes Ecclesiae necessitates determinatae, illas partes habent quas ipsis suprema Ecclesiae auctoritas legislativa commiserit.

### Canon 78

§ 1. Potestatem executivam quam vocant exercet suprema Ecclesia auctoritas varios curans administrationis actus ad Dei Populi regimen utiles, et praesertim providens ut, salvis legibus consuetudinibusque probatis, edantur decreta particularia, quibus executioni mandentur leges, atque instructiones, quae legibus maiorem et lucem et efficientiam pariant.<sup>57</sup>

§ 2. Ad hanc potestatem exercendam utitur praesertim institutionibus seu dicasteriis, secundum temporum neces-

<sup>55</sup> Cf. Pius XII, Litterae Apostolicae Motu Proprio quo promulgantur canones pro Ecclesiis Orientalibus.

<sup>56</sup> Cf. C.I.C., can. 25.

<sup>57</sup> Cf. Benedictus XV, Motu Proprio *Cum Iuris Canonici Codicem*, 15 sept. 1917: A.A.S., 9 (1918), p. 483 s.

necessitates constitutis. Quae institutiones nomine auctoritatis supremae atque eadem moderante potestatem sibi commissam exercent in bonum omnium Ecclesiarum et in servitium sacrorum Pastorum.<sup>59</sup>

#### Canon 78

§ 1. Potestatem iudicalem auctoritas Ecclesiae suprema exercet praesertim per tribunalia. Horum proprium est cognoscere et dirimere causas contentiosas quae attinent ad iura quae in Ecclesia sunt christifidelium et personarum iuridicarum in eadem agnitarum, persecuenda vel vindicanda; eorum etiam est, ad normam sacrorum canonum, cognoscere de violatione legum ecclesiasticarum, in specie de delictis ecclesiasticis in ordine ad sanctiones lege statutae infligendas aut declarandas.<sup>60</sup>

§ 2. Summus Pontifex a nemine iudicatur.<sup>61</sup>

§ 3. Summi Pontificis dumtaxat ius est cognoscendi et iudicandi, per se vel per iudices delegatos, causas, sive contentiosas sive poenales, quae ad normam sacrorum canonum ipsi reservantur, aut quas ipse ad suum iudicium advocaverit.<sup>62</sup>

§ 4. Integrum est cuilibet fideli in universa Ecclesia causam suam contentiosam aut poenalem, in quovis iudicii gradu et in quovis litis statu, cognoscendas ad Sanctam Sedem deferre vel apud eandem introducere, ad normam sacrorum canonum.<sup>63</sup>

<sup>59</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 9.

<sup>60</sup> Cf. C.I.C., can. 1552; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, 6 ian. 1950, can. 1.

<sup>61</sup> Cf. S. Nicolaus I, Ep. *Proposueramus quidem*, a. 865; Denz. 330; Conc. Vat. I, sess. IV, c. III, *De vi et ratione primatus Romani Pontificis*; C.I.C., can. 1556; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 14.

<sup>62</sup> Cf. C.I.C., can. 1557; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 15, 16.

<sup>63</sup> Cf. C.I.C., can. 1569, § 1; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 32, § 1.

sitates constitutis. Quae institutiones nomine auctoritatis supremae atque eadem moderante potestatem sibi commissam exercent in bonum omnium Ecclesiarum et in servitium sacrorum Pastorum.<sup>58</sup>

#### Canon 79

§ 1. Potestatem iudicalem auctoritas Ecclesiae suprema exercet per tribunalia *aliaque instituta*. Horum proprium est cognoscere et dirimere causas contentiosas quae attinent ad iura *omnia* quae in Ecclesia sunt christifidelium et personarum iuridicarum in eadem agnitarum, persecuenda vel vindicanda; eorum etiam est, ad normam sacrorum canonum, cognoscere de violatione legum ecclesiasticarum, in specie de delictis ecclesiasticis in ordine ad sanctiones lege statutae infligendas aut declarandas.<sup>59</sup>

§ 2. *Romanus* Pontifex a nemine iudicatur.<sup>60</sup>

§ 3. Summi Pontificis dumtaxat ius est cognoscendi et iudicandi, per se vel per iudices delegatos, causas, sive contentiosas sive poenales, quae ad normam sacrorum canonum ipsi reservantur, aut quas ipse ad suum iudicium advocaverit.<sup>61</sup>

§ 4. Integrum est cuilibet fideli in universa Ecclesia causam suam contentiosam aut poenalem, in quovis iudicii gradu et in quovis litis statu, cognoscendas ad Sanctam Sedem deferre vel apud eandem introducere, ad normam sacrorum canonum.<sup>62</sup>

<sup>58</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 9.

<sup>59</sup> Cf. C.I.C., can. 1552; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, 6 ian. 1950, can. 1.

<sup>60</sup> Cf. S. Nicolaus I, Ep. *Proposueramus quidem*, n. 865; Denz. 330; Conc. Vat. I, sess. IV, c. III, *De vi et ratione primatus Romani Pontificis*; C.I.C., can. 1556; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 14.

<sup>61</sup> Cf. C.I.C., can. 1557; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 15, 16.

<sup>62</sup> Cf. C.I.C., can. 1569, § 1; Pius XII, Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 32, § 1.

### Canon 79

§ 1. In Ecclesiis particularibus, munus Populi Dei portionem quibus constant regendi qua pastores proprii implent Episcopi dioecesani; qui Episcopi hoc munus exercent, ad normam sacrorum canonum, sive singuli, quisque pro particulari quae ipsius curae commissa est Ecclesia, sive aliqui coniunctim agentes, in Synodis patriarchalibus aut in Conciliis particularibus vel Episcoporum Conferentiis, secundum iuris praescripta constitutis, pro diversis simul particularibus Ecclesiis.<sup>64</sup>

§ 2. Patriarchis atque Metropolitibus, ea competit potestas quae ipsi sacris canonibus agnoscitur.<sup>65</sup>

### Canon 80

§ 1. Episcopis, ut Apostolorum successoribus, in Ecclesiis particularibus ipsis commissis, per se omnibus competit potestas ordinaria, propria et immediata quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur, firma semper in omnibus potestate quam, vi muneris sui, Suprema Ecclesiae auctoritas habet sibi vel alii Auctoritati causas reservandi, atque salva etiam potestate quam habet eadem Auctoritas suprema exercitium potestatis episcopalis moderandi.<sup>66</sup>

<sup>64</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, nn. 3, 11, 36, 38.

<sup>65</sup> Cf. Conc. Lugdunense II, Professio fidei Michaelis Paleologi: Denz. 466.

<sup>66</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, nn. 20, 40 et 44; Decr. *Christus Dominus*, n. 8; C.I.C., can. 334, § 1; 335, § 1; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 392, § 1; 399, § 1.

### Canon 80

§ 1. In Ecclesiis particularibus, munus Populi Dei portionem quibus constant regendi, qua pastores proprii implent Episcopi dioecesani; qui Episcopi hoc munus exercent, ad normam sacrorum canonum *per se* singuli, quisque pro particulari quae ipsius curae commissa est Ecclesia.<sup>63</sup>

§ 2. *Ad normam iuris praescriptorum, Episcopi eiusdem provinciae aut regionis ecclesiasticae, immo vel districtus regionalis, hoc regendi munus coniunctim exercent, in Synodis patriarchalibus aliisve Conciliis particularibus aut in Episcoporum Conferentiis, pro diversis simul particularibus Ecclesiis.*<sup>64</sup>

§ 3. Patriarchis, Metropolitibus *aliisque hierarchicis auctoritatibus* ea competit potestas quae ipsis sacris canonibus agnoscitur.<sup>65</sup>

### Canon 81

§ 1. Episcopis, ut Apostolorum successoribus, in Ecclesiis particularibus ipsis commissis, per se omnis competit potestas ordinaria, propria et immediata quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur, firma semper in omnibus potestate quam, vi muneris sui, Suprema Ecclesiae auctoritas habet sibi vel alii Auctoritati causas reservandi, atque salva etiam potestate quam habet eadem Auctoritas suprema exercitium potestatis episcopalis moderandi.<sup>66</sup>

<sup>63</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 3, 11.

<sup>64</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, nn. 3, 36, 38.

<sup>65</sup> Cf. Conc. Lugdunense II, Professio fidei Michaelis Paleologi: Denz. 466; Cont. Vat. II, Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 7-11; Decr. *Christus Dominus*, n. 11; Decr. *Unitatis reintegratio*, nn. 13-14.

<sup>66</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, nn. 20, 40 et 44; Decr. *Christus*

§ 2. In Ecclesia particulari sibi commissa, potestatem legislativam habet solus Episcopus dioecesanus, ad normam iuris exercendam; potestatem executivam quam vocant exercet per se ipsum atque etiam per alios ad normam iuris constituendos, qui vicariam qua instruuntur potestatem nomine Episcopi exercent; iudicalem potestatem exercet per tribunalia ad normam iuris constituta, quae nomine Episcopi causas sibi legitime commissas cognoscunt et de iis iudicant.<sup>67</sup>

§ 3. Episcopus dioecesanus in disciplinariis legibus tam universalibus, quam particularibus a suprema Ecclesiae auctoritate pro suo territorio latis, quae ad bonum spirituale fidelium directe ordinantur, tum praeceptivis et prohibitivis, tum irritantibus et inhabilitantibus, dispensare valet, in casibus particularibus, fideles in quos ad normam iuris auctoritatem exercet, quoties id ad eorum bonum spirituale conferre iudicet, nisi a suprema Ecclesiae auctoritate specialis reservatio facta fuerit.<sup>68</sup>

#### Canon 81

Presbyteri, utpote sacra ordinatione ut cooperatores Ordinis episcopalis consecrati, in Ecclesia praesertim particulari cui incardinati vel addicti sunt, universae Christifidelium curae pastoralis se dedicant sub ductu Episcopi, quocum unum constituunt presbyterium, ipsi etiam in regimine eiusdem Ecclesiae adiutorium praebentes, iuxta sacrorum canonum praescripta;<sup>69</sup> in

<sup>67</sup> Cf. C.I.C., can. 362; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 428; Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, nn. 25-26.

<sup>68</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 8.

<sup>69</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 7.

§ 2. In Ecclesia particulari sibi commissa, potestatem legislativam habet solus Episcopus dioecesanus, ad normam iuris exercendam; potestatem executivam quam vocant exercet per se ipsum atque etiam per alios ad normam iuris constituendos, qui vicariam qua instruuntur potestatem nomine Episcopi exercent; iudicalem potestatem exercet per tribunalia ad normam iuris constituta, quae nomine Episcopi causas sibi legitime commissas cognoscunt et de iis iudicant.<sup>67</sup>

§ 3. Episcopus dioecesanus in disciplinariis legibus tam universalibus, quam particularibus a suprema Ecclesiae auctoritate pro suo territorio latis, quae ad bonum spirituale fidelium directe ordinantur, tum praeceptivis et prohibitivis, tum irritantibus et inhabilitantibus, dispensare valet, in casibus particularibus, fideles in quos ad normam iuris auctoritatem exercet, quoties id ad eorum bonum spirituale conferre iudicet, nisi a suprema Ecclesiae auctoritate specialis reservatio facta fuerit.<sup>68</sup>

#### Canon 82

Presbyteri, utpote sacra ordinatione ut cooperatores Ordinis episcopalis consecrati, in Ecclesia praesertim particulari cui incardinati vel addicti sunt, universae Christifidelium curae pastoralis se dedicant sub ductu Episcopi, quocum unum constituunt presbyterium atque in regimine eiusdem Ecclesiae *cooperantur*, iuxta sacrorum canonum praescripta;<sup>69</sup> diaconi quoque *in servi-*

*Dominus*, n. 8; C.I.C., can. 334, § 1; 335, § 1; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, 2 iunii 1957, can. 392, § 1; 399, § 1.

<sup>67</sup> Cf. C.I.C., can. 362; Pius XII, Motu Proprio *Cleri sanctitati*, can. 428; Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, nn. 25-26.

<sup>68</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 8.

<sup>69</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 7.

servitium diaconi quoque vocari possunt ad normam sacrorum canonum.<sup>70</sup>

#### Canon 82

Christifideles laici, utpote baptisate suo modo munerum Christi participes effecti, et ipsi vocantur ut Episcopo in populo regendo praestent operam, omnia sibi concredita quoque implendo quae, debita competentia et praestantia si gaudeant, laicis committi possunt ad normam sacrorum canonum.<sup>71</sup>

<sup>70</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29; Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, n. 17.

<sup>71</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 32, 37, 41; Decr. *Apostolicam actuositatem*, nn. 10, 24 et 26.

tium vocantur ad normam sacrorum canonum.<sup>70</sup>

#### Canon 83

Christifideles laici, utpote baptisate suo modo munerum Christi participes effecti, et ipsi vocantur ut Episcopo in populo regendo praestent operam, omnia sibi concredita quoque implendo quae, debita competentia et praestantia si gaudeant, laicis committi possunt ad normam sacrorum canonum.<sup>71</sup>

<sup>70</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29; Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, n. 17.

<sup>71</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 32, 37, 41; Decr. *Apostolicam actuositatem*, nn. 10, 24 et 26.

### CAPUT III

## De Ecclesia et Hominum Consortione

#### Canon 83

§ 1. Ecclesia Christi, societas quidem ordinata, licet ad id instituta sit ut auxiliis adiuvet credentes in perseguenda vitae divinae communionem, quae in futuro saeculo consummatur, his in terris exstat et operatur. Ex hominibus et pro hominibus, terrestri civitatis membris, constituta, necessarias cum ceteris, quibuscum terrenam experitur sortem, hominum consortiis habet necessitudines, vocata quidem ut tanquam fermentum et veluti anima omnis humanae consortionis in Christo renovandae et in familiam Dei congregandae existat.<sup>1</sup>

§ 2. Principia quae ab Ecclesia proponuntur christifideles observare tenentur in aestimandis et ordinandis relationibus Ecclesiam inter et hominum consortia temporales fines prosequentia, in specie in componendis relationibus Ecclesiam inter et societatem politicam, publica auctoritate ad bonum commune temporale civium procurandum donatam.<sup>2</sup>

#### Canon 84

§ 1. Ecclesia, quippe quae constituta sit ut in omnibus stabiliat Regnum Christi et Dei, regnum scilicet « veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pa-

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 40; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 38; Decr. *Ad gentes*, n. 36; Paulus VI, *Allocutio*, secunda SS. Concilii Vat. II periodo ineunte, habita d. 29 sept. 1963: *A.A.S.*, 55 (1963), pp. 841-859.

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 74, 76.

#### Canon 84

§ 1. Ecclesia Christi, societas quidem ordinata, licet ad id instituta sit ut auxiliis adiuvet *homines* in perseguenda vitae divinae communionem, quae in futuro saeculo consummatur, his in terris exstat et operatur. Ex hominibus et pro hominibus, terrestri civitatis membris, constituta, necessarias cum ceteris, quibuscum terrenam experitur sortem, hominum consortiis habet necessitudines, vocata quidem ut tanquam fermentum et veluti anima humanae consortionis in Christo renovandae et in familiam Dei congregandae existat.<sup>1</sup>

§ 2. Principia quae ab Ecclesiae *pastoribus* proponuntur christifideles *observent* in aestimandis et ordinandis relationibus Ecclesiam inter et hominum consortia temporales fines prosequentia, in specie in componendis relationibus Ecclesiam inter et societatem politicam, publica auctoritate ad bonum commune temporale civium procurandum donatam.<sup>2</sup>

#### Canon 85

§ 1. Ecclesia, quippe quae constituta sit ut in omnibus *promoveat* Regnum Christi et Dei, regnum scilicet « veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pa-

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 40; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 38; Decr. *Ad gentes*, n. 36; Paulus VI, *Allocutio*, secunda SS. Concilii Vat. II periodo ineunte, habita d. 29 sept. 1963: *A.A.S.*, 55 (1963), pp. 841-859.

<sup>2</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 74, 76.

cis »,<sup>3</sup> missionem propriam habet, non autem ordinis politici, oeconomici vel socialis, sed ordinis religiosi, et nullum terrenum munus sibi vindicat nisi afferendi lucem et vires quae hominum communitati, secundum legem divinam constituendae ac firmandae inservire possunt.<sup>4</sup> Huius missionis ratione, a societatibus temporalibus distinguitur ac secernitur.<sup>5</sup>

§ 2. Ecclesia temporalium rerum societatumque ordinis temporalis agnoscit autonomiam, cuius ratione, servato quidem ordine a Creatore in ipsa rerum natura condito, res creatae et ipsae societates temporales propriis legibus valoribusque gaudent, secundum quas homines, salvis quidem inalienabilibus personae humanae iuribus, ordinem temporalem libere exstruunt.<sup>6</sup>

#### Canon 85

§ 1. Ecclesia et societas politica in proprio campo sunt ab invicem independentes et autonomae.<sup>7</sup> Utraque, licet certos habeat quibus contineatur terminos, sua cuiusque natura et missione definitos, in suo genere est erga homines sibi subditos suprema.<sup>8</sup>

§ 2. Quoniam autem ambae, licet diversa ratione, eorundem hominum

<sup>3</sup> Cf. Praefatio festi D. N. I. C. Regis; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 36.

<sup>4</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 42.

<sup>5</sup> Cf. Paulus VI, *Allocutio*, secunda SS. Concilii Vat. II periodo ineunte, habita d. 29 sept. 1963.

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 36; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 36.

<sup>7</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>8</sup> Cf. Leo XIII, Litt. Encl. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885, n. 6; Codicis I. C. Fontes, t. III, n. 592, p. 239; Pius XII, *Allocutio*, 6 dec. 1953: A.A.S., 45 (1953), pp. 794-802.

cis »,<sup>3</sup> missionem propriam habet, non autem ordinis politici, oeconomici vel socialis, sed ordinis religiosi, et nullum terrenum munus sibi vindicat nisi afferendi lucem et vires quae hominum communitati, secundum legem divinam constituendae ac firmandae, inservire possunt.<sup>4</sup> Huius missionis ratione, a societatibus temporalibus distinguitur ac secernitur.<sup>5</sup>

§ 2. Ecclesia temporalium rerum societatumque ordinis temporalis *proprium* agnoscit autonomiam, cuius ratione, servato quidem ordine a Creatore in ipsa rerum natura condito, res creatae et ipsae societates temporales propriis legibus valoribusque gaudent, secundum quos homines, salvis quidem inalienabilibus personae humanae iuribus, ordinem temporalem libere exstruunt;<sup>6</sup> *christifideles quidem, prae aliis laici, iuxta propriam vocationem, de qua in can. 30, § 2, curent ut secundum Deum ordinentur res terrenaе atque ipsae consortiones temporales.*

#### Canon 86

§ 1. Ecclesia et societas politica in proprio campo sunt ab invicem independentes et autonomae.<sup>7</sup> Utraque, licet certos habeat quibus contineatur terminos, sua cuiusque natura et missione definitos, in suo genere est erga homines sibi subditos suprema.<sup>8</sup>

§ 2. Quoniam autem ambae, licet diversa ratione, eorundem hominum

<sup>3</sup> Cf. Praefatio festi D. N. I. C. Regis; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 36.

<sup>4</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 42.

<sup>5</sup> Cf. Paulus VI, *Allocutio*, secunda SS. Concilii Vat. II periodo ineunte, habita d. 29 sept. 1963.

<sup>6</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 36; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 36.

<sup>7</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>8</sup> Cf. Leo XIII, Litt. Encl. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885, n. 6; Codicis I. C. Fontes, t. III, n. 592, p. 239; Pius XII, *Allocutio*, 6 dec. 1953: A.A.S., 45 (1953), pp. 794-802.

vocationi personali et sociali inseruiunt, munus suum proprium in membrorum suorum bonum efficacius adimplent, cum sanam cooperationem, quantum id locorum temporumque adiuncta suadeant aut sinant, inter se colant.<sup>9</sup>

#### Canon 86

§ 1. Ecclesia, proprium munus adimplens, per doctrinam suam et per testimonium a christifidelibus exhibitum, ad universam hominum familiam et ad incrementum societatum confert, cum personae humanae dignitatem sanet et eleuet, humanae societatis compagem firmet, atque cotidianam hominum navitatem profundiori sensu et significatione imbuat.<sup>10</sup>

§ 2. Cum vi suae missionis et naturae ad nullam alligetur particularem culturae humanae formam, ad nullum etiam politicum, oeconomicum vel sociale systema, Ecclesia, ex hac sua universalitate, ligamen inter diversas hominum communitates et nationes existere potest, dummodo ipsae eidem fidant eiusque veram libertatem ad suam missionem adimplendam agnoscant.<sup>11</sup>

#### Canon 87

§ 1. Ecclesia, evangelicae veritati fidelis, libertatem religiosam, tanquam hominis dignitati et Dei revelationi consonam, agnoscit atque vindicat omnibus hominibus, qui quidem, tum singuli tum inter se consociati, ab omni coactione ex parte societatis politicae immunes esse debent ut secundum

<sup>9</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. post. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>10</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 40 et 58; Decr. *Christus Dominus*, n. 19.

<sup>11</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. post. *Gaudium et spes*, nn. 42 et 58.

vocationi personali et sociali interuiunt, munus suum proprium in membrorum suorum bonum efficacius adimplent, cum sanam cooperationem, quantum id locorum temporumque adiuncta suadeant aut sinant, inter se colant.<sup>9</sup>

#### Canon 87

§ 1. Ecclesia, proprium munus adimplens, per doctrinam suam et per testimonium a christifidelibus exhibitum, ad universam hominum familiam et ad incrementum societatum confert, cum personae humanae dignitatem sanet et eleuet, humanae societatis compagem firmet, atque cotidianam hominum navitatem profundiori sensu et significatione imbuat.<sup>10</sup>

§ 2. Cum vi suae *naturae et missionis* ad nullam alligetur particularem culturae humanae formam, ad nullum etiam politicum, oeconomicum vel sociale systema, Ecclesia, ex hac sua universalitate, ligamen inter diversas hominum communitates et nationes existere potest, dummodo ipsae eidem fidant eiusque veram libertatem ad suam missionem adimplendam agnoscant,<sup>11</sup> *necnon hominum dignitatem tueantur eorumque inalienabilia iura servent.*

#### Canon 88

§ 1. Ecclesia, evangelicae veritati fidelis, libertatem religiosam, tanquam hominis dignitati et Dei revelationi consonam, agnoscit atque vindicat omnibus hominibus, *qui quidem*, tum singuli tum inter se consociati, ab omni coactione ex parte *sive singulorum sive coetuum socialium et cuiusvis potestatis*

<sup>9</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. post. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>10</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 40 et 58; Decr. *Christus Dominus*, n. 19.

<sup>11</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. post. *Gaudium et spes*, nn. 42, 58 et 76.

suam conscientiam vitam religiosam, privatim et publice, ducere valeant.<sup>12</sup>

§ 2. Omnibus igitur Ecclesiis vel communitatibus ecclesialibus et ceteris communitatibus religiosis, quibus homines libertate religiosa utentes adhaereant, dummodo quidem iustae ordinis publici exigentiae non violentur, ius est ne impediatur a fide sua etiam publice docenda et testanda, itemque ius ut liberae ob omni coercitione secundum proprias normas sese regant atque institutiones promoveant, in quibus eorum membra cooperentur ad vitam propriam secundum sua principia religiosa ordinandam. Ecclesia hanc libertatem pro omnibus vindicat, simul magni aestimans quae ad familiae humanae bonum aliae Ecclesiae vel communitates ecclesiales et communitates religiosae contulerunt atque conferunt.<sup>13</sup>

#### Canon 88

Ecclesiae ius est ut ea semper fruatur libertate, quam salus hominum curanda requirit. In sua missione adimplenda, quae animarum salutem intendit, plena et perfecta per se gaudere debet libertate atque independentia a quacumque humana potestate, atque nemini licet huius missionis exercitium directe vel indirecte impedire. Quare libertas Ecclesiae principium est fundamentale quo relationes Ecclesiam inter et potestates publicas totumque civilem ordinem reguntur.<sup>14</sup>

#### Canon 89

§ 1. Coram quavis humana potestate libertatem Dei verbum annuntiandi

<sup>12</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 2, 3, 4, 12.

<sup>13</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 4; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 40; Decr. *Unitatis redintegratio*, nn. 14 et 19.

<sup>14</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 13; Decr. *Christus Dominus*, n. 19.

*humanae* immunes esse debent ut secundum suam conscientiam vitam religiosam, privatim et publice, *intra debitos limites* ducere valeant.<sup>12</sup>

§ 2. Omnibus igitur Ecclesiis vel communitatibus ecclesialibus et ceteris communitatibus religiosis, quibus homines libertate religiosa utentes adhaereant, dummodo quidem iustae ordinis publici exigentiae non violentur, ius est ne impediatur a fide sua etiam publice docenda et testanda, itemque ius ut liberae ob omni coercitione secundum proprias normas sese regant atque institutiones promoveant, in quibus eorum membra cooperentur ad vitam propriam secundum sua principia religiosa ordinandam. Ecclesia hanc libertatem pro omnibus vindicat, simul magni aestimans quae ad familiae humanae bonum aliae Ecclesiae vel communitates ecclesiales et communitates religiosae contulerunt atque conferunt.<sup>13</sup>

#### Canon 89

Ecclesiae ius est ut ea semper fruatur libertate, quam salus hominum curanda requirit. In sua missione adimplenda, quae animarum salutem intendit, plena et perfecta per se gaudere debet libertate atque independentia a quacumque humana potestate, atque nemini licet huius missionis exercitium directe vel indirecte impedire. Quare libertas Ecclesiae principium est fundamentale quo relationes Ecclesiam inter et potestates publicas totumque civilem ordinem reguntur.<sup>14</sup>

#### Canon 90

§ 1. Coram quavis humana potestate libertatem Dei verbum annuntiandi sibi

<sup>12</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, nn. 2, 3, 4, 12.

<sup>13</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 4; Const. past. *Gaudium et spes*, n. 40; Decr. *Unitatis redintegratio*, nn. 14 et 19.

<sup>14</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 13; Decr. *Christus Dominus*, n. 19.

sibi vindicat Ecclesia, quippe quae sit auctoritas spiritualis a Christo Domino instituta, cui ex divino mandato incumbit officium eundi in mundum universum et Evangelium praedicandi omni creaturae.<sup>15</sup>

§ 2. Ecclesiae competit semper et ubique socialem suam doctrinam praedicare, necnon iudicium ferre morale de rebus humanis omnibus, etiam de iis quae ordinem politicum respiciunt, quando personae humanae iura fundamentalia aut animarum salus id exigant.<sup>16</sup>

#### Canon 90

Ecclesiae competit ius institutionem religiosam et moralem curandi itemque ius erigendi et dirigendi scholas atque alia educationis instituta, in quibus integram humanam iuvenum formationem fide illuminatam prosequitur, atque iuvenes, quos parentes, primi ac praecipui filiorum educatores, eisdem concredunt, iuvat ut in propria persona evolvenda una simul crescant secundum novam creaturam quae per baptismum effecti sunt.<sup>17</sup>

#### Canon 91

Ecclesiae ius competit ad doctrinam suam annuntiandam actionemque pastoraalem fovendam instrumenta communicationis possidendi et adhibendi.<sup>18</sup>

#### Canon 92

Eam libertatem sibi vindicat Ecclesia quae sibi competit quatenus est societas hominum qui iure gaudent vivendi in societate civili secundum fidei chri-

<sup>15</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 13; cf. can. 53, § 2.

<sup>16</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>17</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Gravissimum educationis*, nn. 3, 6, 8.

<sup>18</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Inter mirifica*, n. 3.

vindicat Ecclesia, quippe quae sit auctoritas spiritualis a Christo Domino instituta, cui ex divino mandato incumbit officium eundi in mundum universum et Evangelium praedicandi omni creaturae.<sup>15</sup>

§ 2. Ecclesiae competit semper et ubique *principia moralia etiam de ordine sociali annuntiare*, necnon iudicium ferre morale de rebus humanis omnibus, etiam de iis quae ordinem politicum respiciunt, quando personae humanae iura fundamentalia aut animarum salus id exigant.<sup>16</sup>

#### Canon 91

Ecclesiae competit ius institutionem religiosam et moralem curandi itemque ius erigendi et dirigendi scholas atque alia educationis instituta, in quibus integram humanam iuvenum formationem fide illuminatam prosequitur, atque iuvenes, quos parentes, primi ac praecipui filiorum educatores, eisdem concredunt, iuvat in propria persona *secundum Dei consilium plenius evolvenda*.<sup>17</sup>

#### Canon 92

Ad doctrinam suam annuntiandam actionemque pastoraalem fovendam, *Ecclesiae ius competit possidendi et adhibendi* instrumenta communicationis.<sup>18</sup>

#### Canon 93

Eam libertatem sibi vindicat Ecclesia quae sibi competit quatenus est societas hominum qui iure gaudent vivendi in societate civili secundum fidei

<sup>15</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 13; cf. can. 53, § 2.

<sup>16</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76.

<sup>17</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Gravissimum educationis*, nn. 3, 6, 8; Decr. *Ad gentes* n. 7.

<sup>18</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Inter mirifica*, n. 3.

stianae praescripta atque ideo recipiendi omnia quae ipsis praebet Ecclesia salutis media.<sup>19</sup>

### Canon 93

§ 1. Ecclesiae competit ut, libere et independenter a quavis humana potestate, regimen fidelium spirituale curet, utque secundum Leges divinas hierarchicam societatis ecclesiasticae constitutionem ordinet. Ius itaque nominandi, instituendi atque transferendi Episcopos ceterosque Ecclesiae ministros, secundum leges Ecclesiae proprias, est competenti Auctoritati ecclesiasticae proprium peculiare et per se exclusivum. Insuper nemini licet impedire quominus Auctoritates ecclesiasticae cum Apostolica Sede, cum aliis auctoritatibus ecclesiasticis et cum fidelibus subditis libere communicent.<sup>20</sup>

§ 2. Uni Ecclesiae competit ius praeparandi et instituendi Ecclesiae ministros, ut veri animarum pastores efformentur, habiles qui officia sibi in Ecclesia commissa diligenter implere valeant.<sup>21</sup>

§ 3. Ecclesiae, ut divinum mandatum caritatis erga proximum exsequi valeat, simulque ipsa sua actione caritatem praedicet, competit ut, quantum id locorum temporumque adiuncta suadeant, opera caritatis et misericordiae erga egenos et infirmos erigat, atque sic dicta opera caritativa mutui auxilii, quibus omnimodae necessitates humanae sublevantur, ordinet.<sup>22</sup>

§ 4. Ecclesia, in procurando bono hominum spirituali, rebus temporalibus eget atque utitur, quantum propria

christianae praescripta atque ideo *participandi* omnia quae ipsis praebet Ecclesia salutis media.<sup>19</sup>

### Canon 94

§ 1. Ecclesiae competit ut, libere et independenter a quavis humana potestate, regimen fidelium spirituale curet, atque secundum leges divinas hierarchicam societatis ecclesiasticae constitutionem ordinet. Ius itaque nominandi, instituendi atque transferendi Episcopos ceterosque Ecclesiae ministros, secundum leges Ecclesiae proprias, est competenti auctoritati ecclesiasticae proprium, peculiare et per se exclusivum. Insuper nemini licet impedire quominus auctoritates ecclesiasticae cum Apostolica Sede, cum aliis auctoritatibus ecclesiasticis et cum fidelibus libere communicent.<sup>20</sup>

§ 2. Uni Ecclesiae competit ius *admittendi*, praeparandi et instituendi Ecclesiae ministros, ut veri animarum pastores efformentur, habiles qui officia sibi in Ecclesia commissa diligenter implere valeant.<sup>21</sup>

§ 3. Ecclesiae, ut divinum mandatum caritatis erga proximum exsequi valeat, simulque ipsa sua actione caritatem praedicet, competit ut, quantum id locorum temporumque adiuncta suadeant, opera caritatis et misericordiae erga egenos et infirmos erigat, atque opera caritativa mutui auxilii, quibus omnimodae necessitates humanae sublevantur, ordinet.<sup>22</sup>

§ 4. Ecclesia, in procurando bono hominum spirituali, rebus temporalibus eget atque utitur, quantum pro-

<sup>19</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 13.

<sup>20</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 4; Decr. *Christus Dominus*, nn. 19-20.

<sup>21</sup> Cf. C.I.C., can. 1352; Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 4; Decr. *Optatam totius*, nn. 2, 3, 4; Decr. *Christus Dominus*, nn. 20, 31.

<sup>22</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 8; Const. post. *Gaudium et spes*, n. 42.

<sup>19</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 13.

<sup>20</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 4; Decr. *Christus Dominus*, nn. 19-20.

<sup>21</sup> Cf. C.I.C., can. 1352; Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 4; Decr. *Optatam totius*, nn. 2, 3, 4; Decr. *Christus Dominus*, nn. 20, 31.

<sup>22</sup> Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 8; Const. post. *Gaudium et spes*, n. 42.

eius missio id postulat. Quare ipsi, ut in suo genere supremæ, ius competit nativum acquirendi, retinendi atque administrandi ea bona temporalia quæ ad fines sibi proprios, præsertim ad cultum divinum ordinandum, ad honestam ministrorum suorum sustentationem necnon ad opera apostolatus vel caritatis exercenda, requiruntur.<sup>23</sup>

#### Canon 94

§ 1. Ecclesia, cum ex divina institutione sit societas in ordine spirituali potestatem habens et exercens supremam, una cum societatibus civilibus, in ordine temporali supremis, personam habet in societate gentium universali, in qua cum societatibus civilibus vires coniungit ad cooperationem, concordiam et pacem inter omnes gentes fovendas.<sup>24</sup>

§ 2. Huius quidem societatis gentium operas et actiones participat tantum ad causas quæ missionis Ecclesiæ spiritualis intersunt attinentes, aut ad pacem in mundo fovendam pertinentes.<sup>25</sup>

Romæ, 24 maii 1969.

<sup>23</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 17; C.I.C., can. 1495, § 1.

<sup>24</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 89; Inter Sanctam Sedem et Italiae Regnum conventiones, Trattato fra la Santa Sede e l'Italia, 11 febr. 1929, art. 2: *A.A.S.*, 21 (1929), p. 210; Pius XII, Allocutio, 6 dec. 1953: *A.A.S.*, 45 (1953), pp. 794-802.

<sup>25</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 89; Trattato fra la Santa Sede e l'Italia, 11 febr. 1929, art. 24: *A.A.S.*, 21 (1929), p. 229.

pria eius missio id postulat. Quare ipsi ius competit nativum acquirendi, retinendi atque administrandi ea bona temporalia quæ ad fines sibi proprios, præsertim ad cultum divinum ordinandum, ad honestam ministrorum suorum sustentationem necnon ad opera apostolatus vel caritatis exercenda, requiruntur.<sup>23</sup>

#### Canon 95

§ 1. Ecclesia, *uti personam habens* in societate gentium universali, in eadem cum societatibus civilibus vires coniungit ad *iustitiam*, cooperationem, concordiam et pacem inter omnes gentes fovendas.<sup>24</sup>

§ 2. Huius quidem societatis gentium operas et actiones *Ecclesia participat tantum in causis quæ ad missionem suam spiritualem pertinent, præsertim ad pacem in spiritu Evangelii in mundo fovendam.*<sup>25</sup>

Romæ, 25 iulii 1970.

<sup>23</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 76; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 17; C.I.C., can. 1495, § 1.

<sup>24</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 89; Inter Sanctam Sedem et Italiae Regnum conventiones, Trattato fra la Santa Sede e l'Italia, 11 febr. 1929, art. 2: *A.A.S.*, 21 (1929), p. 210; Pius XII, Allocutio, 6 dec. 1953: *A.A.S.*, 45 (1953), pp. 794-802.

<sup>25</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 89; Trattato fra la Santa Sede e l'Italia, 11 febr. 1929, art. 24: *A.A.S.*, 21 (1929), p. 229.

## RELATIO SUPER PRIORE SCHEMATE LEGIS ECCLESIAE FUNDAMENTALIS

### I. BREVIS CONSPECTUS LABORIS PERACTI

1. In oratione quam d. 20 novembris 1965 membris et Consultoribus Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo habuit, Summus Pontifex Paulus VI ita verba fecit: « Peculiaris vero existit quaestio eaque gravis, eo quod duplex est Codex Iuris Canonici, pro Ecclesia Latina et Orientali, videlicet num conveniat communem et fundamentalem condi Codicem ius constitutivum Ecclesiae continentem » (*A.A.S.*, 57 [1965], p. 985).

Opportunitati componendi Legem Ecclesiae Fundamentalem se favere ostendit Commissio plenaria E. morum PP. Cardinalium, in conventu d. 25 novembris 1965 habito; quae inde propositum comprobavit ut schema talis Legis Fundamentalibus seu Ecclesiae Constitutionis redigeretur ipsique Commissioni subii- ceretur.

2. Praeparatum igitur est primum aliquod schema, cui titulus « Prima quaedam adumbrata propositio Codicis Ecclesiae fundamentalis », quod quidem communicatum est omnibus membris Coetus centralis Consultorum Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo, et de quo disceptatum est in eiusdem Coetu diebus 26-27 iulii 1966.

Qui Consultorum Coetus admittens quidem schema propositum iam multum valere ad fundamentalem Ecclesiae legem componendam, substantiales quasdam mutationes in eodem introducendas esse censuit, quarum praecipuae ad tria haec capita reduci possunt:

a) necesse est, ipsius Ecclesiae naturae ratione, attento etiam spiritu oecumenico, ut Lex Ecclesiae Fundamentalibus genuinam praebeat notionem seu imaginem Ecclesiae Christi, ideoque ut indolem habeat non tantum iuridicam, sed theologiam quoque, ita ut omnes cognoscere valeant quid sit Ecclesia, quam structura, uti divinitus definita est, praedita sit, atque quibusnam veritatibus fundamentalibus haec nitatur;

b) oportet etiam ut Lex Ecclesiae Fundamental<sup>is</sup> eiusdem notionem et constitutionem praebeat, congruam quidem doctrinae Concilii praesertim Vaticani II, in qua Ecclesia uti Populus Dei appareat, ac omnium christifidelium in Ecclesia partes et iura definiantur;

c) tandem opportunum item est ut relationes in eadem Lege determinantur quae intercedant oportet inter Ecclesiam et humanam consortionem; quae vero relationes, in lege quae de Ecclesiae constitutiones agit, ex parte ipsius Ecclesiae considerandae sunt.

3. Hisce animadversionibus attentis, alterum compositum est schema, cui titulus « Lex Ecclesiae Fundamental<sup>is</sup>. Altera quaedam adumbratio propositionis ». Hoc item schema iudicio Coetus centralis Commissionis submissum est, qui de eodem disceptavit in conventibus d. 3 et 4 aprilis 1967 habitis.

Schema hoc alterum ab eodem Consultorum Coetu approbatum est *quoad substantiam*. Rogati autem sunt iidem Consultores ut animadversiones suas in scriptis communicarent, sive generales de structura praesertim schematis sive speciales de singulis nempe canonibus ut, iisdem attentis, Relator illud in melius reformare valeret.

4. Ut de hoc schemate in genere deque eiusdem singulis canonibus in specie disceptaretur, d. 27 aprilis 1967 constituta est Commissio Consultorum specialis, cui praefuit P. Cardinalis Felici, Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo praeses, et cuius membra fuerunt eiusdem Commissionis secretarii, Rev.mus P. R. Bidagor et Rev.mus W. Onclin, atque Consultores sequentes: Exc.mus C. Colombo, Rev.mi Kl. Mörsdorf et C. Moeller, Rev.mi PP. D. Faltin, O. F. M. Conv. et W. Bertrams, S. I., et Ill.mus P. Ciprotti; quibus postea adiuncti sunt Exc.mi A. M. Charue, N. Jubany, M. Brini et I. Ziadé, Rev.mus A. del Portillo atque Rev.mus P. E. Lanne, O. S. B. Relatoris munere functus est Rev.mus W. Onclin, qui hoc munus iam persolvit in Coetu centrali Consultorum; Adiutor a studiis fuit Rev.mus J. Herranz.

Die 3 octobris 1967, in primo generali Coetu Synodi Episcoporum, plerique Patres Synodales suum desiderium manifestaverunt, ut Lex haec Ecclesiae Fundamental<sup>is</sup> conficeretur. Card. Pericles Felici, Praeses Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo, qui Relatoris munere functus est quoad « Principia quae Codici Iuris Canonici recognitionem diri-

gant », respondit hanc quoque esse Commissionis mentem et informationem fecit de laboribus iam peractis, postulans simul hunc in finem Patrum Synodaliū adiutorium.

Schema itaque studio specialis commissionis Consultorum propositum per tres sessiones, videlicet diebus 28-31 octobris 1968, 3-7 martii 1969 et 16-24 maii 1969 discussum est, atque, ratione etiam habita omnium animadversionum quas Coetus centralis Consultorum in scriptis communicarunt, emendatum est.

5. Qui ad hoc opus parandum adlaboraverunt canonistae et theologi, variis ex nationibus et scholis, id potissimum animo intenderunt ut, inspecta doctrina a Conciliis praesertim Vaticano I et Vaticano II tradita atque attento etiam spiritu oecumenico, schema Legis Ecclesiae Fundamentalī genuinam praebeat imaginem Ecclesiae, eiusque constitutionem delineet, uti divinitus ordinata atque antiqua praesertim traditione magis determinata est.

Hoc schema, diligenti studio emendatum, nunc iudicio subicitur E. morum PP. Cardinalium, Membrorum Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo.

Certo certius, in promulganda Lege Fundamentalī addendae erunt quaedam normae finales vel addititiae, quibus Legislator determinet valorem normativum huius Legis constitutionalis relate ad alias leges ecclesiasticas, sive iam conditas sive in posterum condendas.

## II. STRUCTURA LEGIS FUNDAMENTALIS IN SCHEMATE PROPOSITAE

Schema complectitur Prooemium et tria Capita, in quibus quae ad constitutionem pertinent Ecclesiae enuntiantur per 94 canones.

PROOEMIUM breviter divinam institutionem memorat Ecclesiae, quam Christus voluit spiritualem communitatem simul ac his in terris societatem: huius enim ratione eget proprio iure seu ordine iuridico. Memorat etiam propriam quam Christus Ecclesiae commisit missionem et affirmat hanc missionem Ecclesiam implere etiam cum legibus, quas edit, prospicit suae unitati itemque cum diversitates quas locorum adiuncta suadent legibus suis confirmat et tuetur. Ita Prooemio reapse datur introductio in Legem Fundamentalem Ecclesiae.

CAPUT I agit de ipsa Ecclesia, seu de Populo Dei, cuius naturam, proprium finem et structuram in genere delineat.

*Generalis notio* imprimis traditur Ecclesiae, quae consideratur ut est Dei Populus, cuius Caput Christus est, et de ea affirmatur tum eiusdem unitas tum diversitas quae existit in variis Ecclesiis particularibus in quibus exstat una Ecclesia, atque in variis Ecclesiarum particularium coetibus.

*Art. 1* huius prioris Capituli deinde magis in specie agit de universo Populo Dei seu de Populo Dei in universo, et enuntiantur: *a)* quinam ad eundem populum reipsa pertinent: omnes homines ad Ecclesiam vocantur, sed in eadem incorporantur homines baptisate, quo constituuntur in Ecclesia persona; *b)* quaenam fundamentalia sunt officia et iura omnibus christifidelibus communia in Ecclesia; *c)* tandem quaenam sit ratione eorum status christifidelium diversitas: ex divina institutione sunt in Ecclesia ministri seu clerici atque alii fideles, qui et laici dicuntur; ex utraque hac parte habentur religiosi.

*Art. 2* huius primi Capituli tractat de hierarchia in Ecclesia divinitus constituta, scilicet de iis qui, ex voluntate divini Fundatoris, in ipso Populo constituti sunt ut ministri, qui nempe ad eundem Populum Dei pascendum sunt deputati: de Summo Pontifice (§ 1), de Episcopis, et quidem tum de Collegio Episcoporum tum de Episcopis singulis (§ 2), de presbyteris et diaconis (§ 3).

CAPUT II tractat de Ecclesiae muneribus, ordinem dicendi adhibens quem secutum est Concilium Vaticanum II, in Constitutione dogmatica « Lumen gentium », in Decretis « Christus Dominus » et « Presbyterorum Ordinis » et aliis documentis.

*Generalia* imprimis enuntiantur de Ecclesiae muneribus deque eminentia muneris sanctificationis, ad quod caetera ordinantur.

*Singula munera* deinde considerantur, scilicet munus docendi (Art. 1), munus sanctificandi (Art. 2) et munus regendi (Art. 3), et de singulis enuntiat quae ad eadem pertinent officia itemque potestates, et quinam in eorum exercitio habent partem.

In hoc etiam Capite cum agatur de Summo Pontifice, de Episcopis, de presbyteris ac diaconis, quaedam dicta videri possunt repetitiones eorum quae iam in Capite I enuntiata sunt. Repetitiones autem non sunt, quia alio et alio sub respectu de iisdem agitur in Capite I et in Capite II. In Capite I tractatur de eorundem *institutione* et etiam de eorum officio in genere, cum de institutione sermo fieri non possit quin indicetur officium ad

quod adimplendum vocati sunt. In Capite II vero agitur *de partibus quas habent in singulis muneribus* adimplendis: respectu singulorum munerum determinantur partes quas habent Summus Pontifex, Episcopi, scilicet sive Episcoporum Collegium sive Episcopi singuli, item presbyteri et diaconi, atque tandem etiam ipsi fideles laici.

CAPUT III tandem agit *de Ecclesia et hominum consortione*. Respicit relationes inter Ecclesiam et mundum in quo Ecclesia existit et operatur, relationes praesertim cum hominum consortiis fines temporales persequentibus. Illas vero relationes respicit, non quidem definiens aliorum erga Ecclesiam officia, sed Ecclesiae ipsius erga eadem habitum eiusdemque iura: in Lege enim Fundamentali de ipsa Ecclesia agitur, de officiis quibus tenetur et de iuribus quibus ipsa gaudet.

### III. ANIMADVERSIONES GENERALES QUAE FACTAE ATQUE PERPENSAE SUNT IN DISCEPTATIONIBUS

1. *De opportunitate, immo vel de possibilitate* conficiendi Legem Ecclesiae Fundamentalem nonnulli dubitarunt, aestimantes redactionem Legis Fundamentalibus, cuius praescripta conveniant Latinis et Orientalibus videri difficillimam difficilioremque adhuc apparere talem compositionem, si attenditur necessitas fovendi oecumenismum; censuerunt itaque in ipsa Lege Fundamentali de eiusdem indole provisoria mentionem esse faciendam.

Plerisque autem Consultoribus non placuit haec propositio. Cum enim Commissio E. morum PP. Cardinalium votum expresserit ut labor confectionis Legis Fundamentalibus inciperetur, cumque etiam plerique Coetus centralis Consultores in eadem fuerint sententia, schema Legis Fundamentalibus aliquod componendum et proponendum est. Sane, difficilis videri potest confectio Legis Fundamentalibus, impossibilis vero dici nequit:

a) multa quidem sunt principia sicut et non paucae normae indolis iuridicae quae ad commune pertinent patrimonium Ecclesiarum Latinae et Orientalium, praesertim illa quae ad ipsam constitutionem ordinationemque pertinent Ecclesiae, uti divinitus est definita, immo vel quae ab Ecclesiae primordiis plane sunt recepta;

b) nec obstat potest necessitas fovendi oecumenismum, quippe qua impediri non possit quominus obiective integra structura Ecclesiae exponatur; sane, modus dicendi numquam

huic spiritui oecumenico potest esse contrarius, sed necesse videtur ut omnibus clare appareat quid sit Ecclesia atque ipsis ostendatur locus quem in hac unica Christi Ecclesia habent.

Nec admitti potest, ut censuerunt plerique, mentionem esse faciendam de indole Legis Fundamentalisi provisoria. Talis enim mentio intelligi non potest de tota Lege Fundamentali, cum in eadem non paucae sint normae quae ab ipsa lege divina originem habent; ad normas quae non sunt legis divinae quod attinet, certo requiritur ut illae normae, licet ut omnes normae humanae reformari valeant, maxima gaudeant stabilitate, quia constitutionem Ecclesiae respiciunt atque praeterea longa iam traditione sunt receptae; affirmatio indolis provisoriae insuper ansam praebet incertitudini iuridicae quae quatenus id fieri possit vitanda semper est.

2. *De titulo seu nomine* huius Legis etiam disceptatum est. Duplex erat propositio, altera ut diceretur « *Lex Ecclesiae Fundamentalisi* », altera ut vocaretur « *Codex Ecclesiae Fundamentalisi* ».

Post disceptationem, omnibus praeplacuit ut adhiberetur titulus *Lex Ecclesiae Fundamentalisi*, et quidem ob rationes sequentes: *a)* si attenditur usus in Societatibus civilibus praevaleus, dicendum est « *Lex Fundamentalisi* »; quo enim nomine communiter vocatur earundem Constitutio; *b)* vox « *Codex* » potius significat complexum legum, etiam particularium, circa certam materiam.

3. *De natura theologica vel iuridica* huius Legis fuit aliqua disceptatio. De communi vero sententia, *Lex Fundamentalisi* enuntiare debet principia theologica, quibus innititur Ecclesiae constitutio seu ordinatio; non potest tamen esse expositio mere theologica, immo nec praecipue theologica, et formam etiam iuridicam habere debet: oportet ut proponat principia theologica structurae Ecclesiae, atque exinde deducat normas iuridicas fundamentales quae pro omnibus vim habent.

4. *Utrum praescripta legis divinae tantum an etiam praescripta iuris ecclesiastici* continere debeat, discussum est.

Duplex proposita est sententia:

*a)* de sententia aliquorum, *Lex Fundamentalisi* ea sola praescripta enuntiare debet quae sunt legis divinae, et magis indagandum est quatenam ad legem divinam pertineant quatenam non;

b) de sententia aliorum, Lex Fundamentalis ultra praescripta legis divinae, continere debet dispositiones quae traditione, praesertim si antiqua est, receptae sunt: historica evolutione, quae in Ecclesiae structura locum habuit, negligi nequit.

Post disceptationem, conclusio unanimiter recepta est, secundum quam Lex Fundamentalis certo praescripta legis divinae continere debet quae ad structuram Ecclesiae pertinent, sed ad haec sola praescripta coarctari non potest, quia structuram Ecclesiae praebere debet uti est, inspecta etiam traditione et historica evolutione, legitime stabilita. Admissa est haec conclusio, eo vel magis quod haud raro difficile, immo vel impossibile, determinari cum certitudine potest quatenam sint legis divinae quatenam institutionis ecclesiasticae praecepta.

5. *De unitate Ecclesiae eiusque in unitate diversitate* etiam quaestio fuit.

1) *De loco in quo* de diversis Ecclesiis particularibus mentio est facienda aliquatenus disceptatum est:

a) ad mentem aliquorum, inde ab initio unitas Ecclesiae est affirmanda, quia nata est una, et non est una propterea quod coalescit ex diversis Ecclesiis particularibus; Ecclesiae particulares certo sunt memorandae, sed non antequam tractata sit organica structura unius Ecclesiae;

b) de aliorum, plurimorum quidem, sententia, certocertius imprimis affirmanda est unitas Ecclesiae, sed statim post hanc affirmatam unitatem, memoranda est existentia diversarum Ecclesiarum particularium atque etiam coetuum in quos decursu temporum coaluerunt, quia Ecclesia universa seu unica concipi non potest sine Ecclesiis particularibus in quibus existit, et quia nulla oppositio facienda est inter Ecclesiam universam et Ecclesias particulares; insuper ratio oecumenismi id etiam postulat.

Post disceptationem, unanimo consensu receptae sunt conclusiones sequentes:

a) Clare inde ab initio affirmatur unitas Ecclesiae: affirmatur formaliter in Prooemio Legis Fundamentalis, et deinde iterum affirmatur in can. 1, in quo agitur de *Christi Ecclesia* et in cuius § 4 asseritur: « Populus Dei unus est »; item affirmatur in can. 2, § 1: « Unica Christi Ecclesia, quam in Symbolo unam, sanctam, catholicam et apostolicam profiteamur » (Const. dogm. « Lumen gentium », n. 8);

b) Statim post affirmatam Ecclesiae unitatem, mentio fieri debet Ecclesiarum particularium, « in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica existit » (Const. dogm. « Lumen gen-

tium », n. 23) itemque coetuum in quos diversae Ecclesiae particulares decursu temporis coaluerunt: hac mentione clare asseritur in eis Ecclesiam universam et unicam existere, ideoque et in eis necessario requiri communionem cum Ecclesiae universae Capite, Romano Pontifice.

2) *De nomine adhibendo* ad designandas Ecclesias particulares quaestio est. Occurrunt in documentis Concilii Vaticani II expressiones « Ecclesia particularis », « Ecclesia peculiaris », « Ecclesia localis », quae in iisdem documentis non satis semper determinantur, nec in eodem sensu semper adhibentur.

Post disceptationem, Commissio Consultorum, ut certitudo habeatur iuridica et constans modus dicendi adhibeatur, statuit sequentia:

a) Nomine « Ecclesia *particularis* » designatur proprie Populi Dei portio, quae Episcopo cum cooperatione presbyterii pascenda conceditur (cfr. Const. « Lumen gentium », n. 23; Decr. « Christus Dominus », n. 11); quae portio Populi Dei si criterio territoriali circumscribatur dicitur etiam « Ecclesia *localis* »;

b) Nomine « Ecclesiae *peculiaris* » designatur Ecclesia determinati ritus, itemque coetus Ecclesiarum determinati ritus: vox « peculiaris » modum sese habendi designat, et magis convenit ad designandam Ecclesiam determinati ritus, quae scilicet proprium et peculiare habet patrimonium disciplinare, liturgicum et spirituale, quaeque plures complectitur Ecclesias particulares eiusdem ritus, Patriarchae vel Archiepiscopo maiori subiectas.

6. *Quaestiones aliquae utrum in lege fundamentali tractandae* sint necne aliquatenus inter Consultores disceptatum est.

1) *De personis moralibus* etiam in Lege Fundamentali agendum esse aliquis Consultor censuit. Ceteris vero non placuit haec propositio, cum constitutio personarum moralium sit quaestio particularis, quae in Codice ordinari debet, non autem in Lege Fundamentali; nulla ceterum lex constitutionalis civilis de personis moralibus earumque constitutione agit.

2) *De potestate dominativa* eiusque omnimoda distinctione a potestate regiminis aliquam normam statuendam esse aestimavit item aliquis Consultor. Ceteris vero non placuit haec propositio, quia in Lege Ecclesiae Fundamentali quaestio tantum est de hierarchica structura Ecclesiae; de potestate dominativa et de eius distinctione a potestate publica iuridica agendum est in Codice Iuris Canonici.

3) *Alia quaedam* in Lege Fundamentali attendi debent, de alicuius sententia: agendum est de *iure administrativo* et de organo speciali quod in eo requiritur; agendum etiam est de organo cui concreditur *legum interpretatio*; principia fundamentalia enuntiari debent *de bonis, de iudiciis, de disciplina*.

Non autem consenserunt alii Consultores, quia particularia pertinent ad diversos Codices, non vero ad Legem Fundamentalem. Praeterea de iudiciis seu de potestate iudicandi agunt can. 78 et 80; de bonis habentur principia in can. 16 et 93, § 4.

7. *Principia aliqua insuper attendenda probantur*. Petente aliquo Consultore, receptum est ut attenderentur quaedam principia in Lege Fundamentali, videlicet:

a) clare habeantur in Lege Fundamentali principia quibus regitur quaecumque actio Ecclesiae iuridica, ut est v. g. tuitio iurium personarum;

b) distincte, ut fit in Constitutionibus civilibus, indicentur organa quorum est negotia de universa Ecclesia tractare; manifestum esse debet Ecclesiis particularibus quaenam Ecclesiae universae organa in eas competentia gaudent.

#### IV. ANIMADVERSIONES AD PROOEMIUM ET AD SINGULOS CANONES

##### *Prooemium*

*Textus Prooemii*, uti disceptationi Consultorum proponeretur, erat sequens:

« Aeternus Pater, qui Filium Suum unigenitum Iesum Christum misit in mundum ut homines a peccatis salvos faceret eosque per donum Spiritus Sancti iugiter sanctificaret, credentes in Christum, renatos " non ex carne, sed ex aqua et Spiritu Sancto " (cf. *Io.* 3, 5-6), convocare statuit in sanctam Ecclesiam, quae sit Ipsi " genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis... qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei " (*1 Pt.* 2, 9-10).

Christus itaque Ecclesiam Suam sanctam, fidei, spei et caritatis communitatem, his in terris simul societatem constituit hierarchicis organis instructam, eique concredidit ut missionem qua Ipse missus est a Patre usque ad finem per saecula perduceret, ac sit in Ipso veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis ».

Ut introductio ad Legem Fundamentalem in genere Consultoribus placuit Prooemium, sed, de sententia aliquorum, quae-

dam in melius reformanda sunt, atque addenda est tertia paragraphus, in qua de momento et de sensu iuris in ordine ad missionem Ecclesiae agendum est: ita enim habetur vera introductio ad Legem Fundamentalem.

1) *Ad paragraphum primam* textus propositi, petatum est ab aliquo Consultore ut, in fine, verba Petri ex integro citentur, utque in specie etiam addantur verba « qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei; *qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti* ». Non placet, ita arguit, ut quaedam Petri omittantur verba; insuper, idea misericordiae affirmanda est. Instat etiam alius ut de misericordia mentio fiat, eo vel magis quod misericordia seu aequitas (*οἰκονομία*) est idea quae in Ecclesiis Orientalibus trita est.

Ceteris magis placuit ut textus remaneat, uti est propositus: necesse non est ut addantur illa verba Petri in hac introductione ad Legem Fundamentalem; insuper in hac prima paragrapho recipiuntur verba Petri, uti habentur in Constitutione « Lumen gentium », n. 9, scilicet non additis verbis quae addenda proposita sunt. Remanet ergo textus huius paragraphi uti est.

2) *Ad paragraphum secundam* aliqua mutata sunt in textu proposito:

a) Alicui Consultori non placuerunt verba proposita « Christus itaque Ecclesiam Suam sanctam, fidei, spei et caritatis *communitatem, his in terris simul societatem instituit* hierarchicis organis instructam... ». Arguit hoc dicendi modo insinuari in Ecclesia distingui, immo vel opponi, communitatem et societatem, quae distinctio conducit ad separationem Ecclesiae caritatis et Ecclesiae iuris; Ecclesia autem caritatis et Ecclesia iuris efformant unam realitatem complexam, quae humano et divino coalescit elemento.

Alii aestimarunt textum hunc servandum esse uti est, quia minime insinuat oppositionem inter communitatem et societatem, inter Ecclesiam caritatis et Ecclesiam iuris, et quia in Constitutione « Lumen gentium » Ecclesiae revera dicitur esse realitas complexa, quae est communitas spiritualis et insimul his in terris societas organis hierarchicis instructa: « Unicus Mediator Christus Ecclesiam suam sanctam, fidei, spei et caritatis communitatem his in terris ut compaginem visibilem constituit et indesinenter sustentat, qua veritate met gratiam in omnibus diffundit. *Societas* autem organis hierarchicis instructa et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia coelestibus bonis ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant,

quae humano et divino coalescit elemento » (Const. « Lumen gentium », n. 8). Idem habetur in sollemni professione fidei, quam edidit Paulus Pp. VI (30 iunii 1968: *A.A.S.*, 60 [1968], p. 19).

Ut magis affirmetur Ecclesiam ut communitatem esse *finem* quem Christus voluit, alius proposuit ut textus ita mutetur: « Christus itaque Ecclesiam Suam sanctam, *quam fidei, spei et caritatis communitatem voluit, eandem his in terris societatem constituit* hierarchicis organis instructam... ».

Suffragatio fit et probatur est hic textus a sex Consultoribus, dum alii, quattuor, textum uti erat in schemate propositum probarunt.

b) Aestimarunt aliqui magis in luce ponendam esse indolem sacramentalem, mystericam Ecclesiae: magis appareat oportet Spiritum Sanctum in Ecclesia operari, non tantum per dona charismatica fidelibus data, sed praesertim etiam modo obiectivo, scilicet institutionibus etiam iuridicis; structura iuridica Ecclesiae radicatur in eiusdem aspectu spirituali, a. v. ius habet fundamentum sacramentale, quia tum incorporatio in Ecclesiam tum aggregatio in hierarchiam fiunt per sacramenta.

Cum hac sententia alii concordarunt, et ideo propositum est ut in hac paragrapho addantur verba « ... ac sit in Ipso *per Spiritum Sanctum* veluti Sacramentum... »: ita magis apparet Spiritum Sanctum in Ecclesiae institutionibus operari.

Haec propositio unanimiter probata est.

3) *Paragraphi tertiae*, secundum omnes addendae, textus a Relatore propositus est sequens:

« Hac divina institutione innixa, missionem sibi a Christo concreditam explet Ecclesia, legibus etiam suis cum fidei unitatem tuetur constitutionemque sibi divinitus impositam incolumem servat ac tutatur, itemque cum prospicit ut, servata quidem hac fidei unitate et unica sua constitutione divina, quae, divina Providentia ordinante, ab adiunctis locorum et temporum in disciplina, sicut in liturgicis usibus et patrimonio theologico, suadeantur varietates, inducantur aut confirmentur ».

De communi sententia omitti possunt verba « sicut in liturgicis usibus et patrimonio theologico », dummodo in nota referatur ad Constitutionem « Lumen gentium », n. 23, ex quo verba desumpta sunt.

Claritatis causa insuper quaedam admittuntur emendationes, et textus approbatus est ab omnibus Consultoribus Coetus specialis.

## CAPUT I

### De Ecclesia seu de Populo Dei

In hoc capite imprimis *quaedam generalia* statuuntur de Ecclesia, de eiusdem natura, fine et structura deque eiusdem unitate et in unitate diversitate. Deinde, in *Articulo I* agitur de omnibus *christifidelibus*, i. e. de omnibus qui ad Dei Populum pertinent, et in *Articulo II* agitur *de hierarchia in Ecclesia constituta*, seu de iis qui in Populo Dei constituti sunt ministri.

#### Canon 1

(De Ecclesiae natura, fine et structura in genere)

Generalis certo definitio inde ab initio tradi debet, in qua agitur de Ecclesiae natura, fine et structura. De notione generali Ecclesiae, textus qui in schemate Consultoribus proposito habebatur, erat sequens:

« § 1. Haec Christi Ecclesia, quae est Populus Dei, est communitas omnium qui eorundem bonorum spiritualium sunt participes, communitas scilicet fidelium, quae in hoc mundo quidem inchoata, in gloria coelesti consummatur, atque his in terris simul est societas ordinata et organis hierarchicis instructa, qua Christus gratiam in omnes diffundit qui in eam per baptismum intrant.

§ 2. Societas autem organis hierarchicis instructa et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia bonis coelestibus ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino coalescit elemento, ita quidem ut in ea quod humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem et quod praesens ad futuram civitatem quam inquirimus ».

Alius propositus est textus a quibusdam Consultoribus, in quo ipsis videtur magis affirmari character historicus et peregrinans Ecclesiae, prout est societas visibilis, et in quo duplex indoles, charismatica et iuridica affirmatur atque identitas elucet inter Ecclesiam charismatis et Ecclesiam iuris. Qui textus est sequens:

« § 1. Ecclesia Christi, a Deo convocata et constituta ut Novi Foederis populus, omnes in Christum credentes in communionem vitae, caritatis et veritatis congregat. Quae quidem congregatio, peregrinando procurrens donec in gloria coelesti consummetur, a Christo ut instrumentum redemptionis omnium adsumitur et veluti sacramentum ad universum mundum emittitur.

§ 2. Christus Dominus Ecclesiam suam, ex omnibus gentibus convocatam, tanquam corpus suum mysticum constituit, cuius unitatis principium Spiritus Sanctus adest qui diversis donis hierarchicis et charismaticis corpus instruit ac dirigit.

§ 3. Coetus autem adspectabilis et communitas invisibilis Christi Corporis mystici, Ecclesia terrestris et Ecclesia bonis coelestibus ditata, non duae res sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino coalescit elemento, ita quidem ut in ea quod humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod actionis ad contemplationem et quod praesens ad futuram civitatem quam inquirimus ».

Alius etiam propositus est textus a Commissionis Consultore, in quo unitas dinamica Ecclesiae magis videtur affirmari. Qui textus est sequens:

« § 1. Ecclesia Christi, quae etiam ovile Christi, agricultura Dei, templum et familia Dei, sponsa Christi eiusque corpus in Sacris Litteris indicatur, una est, divino et humano coalescens elemento, communitio spiritualis fidelium in societatem his in terris organice instructa, populus Dei ex pastoribus et ovibus indivise constans in unum finem tendentibus, donec occurrant omnes in unitatem fidei et agnitionem Filii Dei, in virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis Christi; in terris peregrinans, per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, crescit in templum sanctum in Domino, donec in coelis consummetur.

§ 2. Ea lege regitur, ut quod in ea humanum est ad divinum ordinetur eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, quod praesens ad futuram gloriam quam inquirimus ».

In disceptatione, convenerunt Consultores aliqua elementa ex his diversis propositis textibus desumenda esse, atque ad sequentem devenerunt conclusionem: *in hoc canone primo* de Ecclesia, definitio requiritur Ecclesiae in qua Ecclesiae *natura*, eius *fnis* et *structura* delineentur, ut deinde in canone 2 de Ecclesiae unitate agatur atque de eius multiplicitate in unitate.

Habita ratione omnium animadversionum, postea a Relatore propositus est textus huius canonis, ut sequitur:

« § 1. Christi Ecclesia est novus Dei Populus, communitas spiritualis fidelium, quae his in terris in societatem hierarchice ordinatam

constituta est ad regnum Dei, a Christo inchoatum, assistente et vivificante Sancto Spiritu, ulterius in hoc mundo dilatandum, donec in fine saeculorum in Ipso consummetur; divino et humano coalescit elemento, ea quidem lege ut quod in ea humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, quod iuris ad aedificationem sui in caritate, quod praesens ad futuram quam inquirimus civitatem.

§ 2. Populum Dei, cuius Caput est Christus, cuius suprema lex est caritas, constituunt omnes qui ex aqua et Spiritu Sancto in Christo renati sunt; hac regeneratione et Spiritus Sancti unctione a Christo Domino constituuntur sacerdotes Deo et Patri suo.

§ 3. Ab eodem vero Christo, aliqui christifideles constituti sunt ministri, qui sacra qua instruuntur potestate deputantur ut eiusdem Populi in nomine Domini sint pastores, qui nempe ministerio verbi, sacramentis, Sacrificio praesertim Eucharistico auctoritate totius Populi oblato, atque regimine eundem Populum aedificent et efforment.

§ 4. Populus Dei unus est. Spiritus Sanctus, qui in Ecclesia et in cordibus fidelium tanquam in templo inhabitat, Ecclesiam quam in omnem veritatem inducit, diversis donis hierarchicis et charismaticis ordinate instruit ac dirigit, eam perpetuo renovat, atque pro tota Ecclesia in singulis universisque credentibus principium est congregationis et unitatis in doctrina Apostolorum et communione, in fractione panis et orationibus ».

§ 1 huius canonis, in qua *notio* datur Ecclesiae eiusque *finis* definitur in genere, ab omnibus probata est, uti est.

§ 2 in quibusdam mutatur:

a) omnes convenerunt tolli posse verbum « *omnes* qui ex aqua et Spiritu Sancto renati sunt », quia necessarium non est et postea ex professo tractatur de iis qui incorporantur in Ecclesia;

b) plerique Consultores (5 Consultores) censuerunt prius mentionem esse faciendam de Spiritus Sancti unctione, deinde de regeneratione, quia in Oriente unctio habetur ut gratia Spiritus quae ad regenerationem praeparat; dissentierunt alii (4 Consultores);

c) admissum est etiam ab omnibus ut in fine huius paragraphi, addantur verba: « constituuntur sacerdotes Deo et Patri suo, *ut spirituales Deo offerant hostias in oblatione eucharistici Sacrificii praesertim concurrentes* ». Nititur additio in Constitutione « Lumen gentium », n. 10.

In hac altera paragrapho agitur etiam de natura Ecclesiae, in specie de Populi Dei *sacerdotio communi*. Textus, secundum animadversiones receptas emendatus, unanimo suffragio approbatus est.

§ 3 item in quibusdam mutata est:

a) initium huius paragraphi melius fit cum verbis « *In Po-*

*pulo Dei aliqui christifideles ab ipso Christo constituti sunt... »: omnes consenserunt;*

*b) complentur verba « ut eiusdem Populi in nomine Domini sint pastores », ita ut fiant « deputantur ut in persona Christi et Eius auctoritate sint pastores »: ratio est quia omnes ministri auctoritate Christi agunt; ab omnibus probatur mutatio;*

*c) omnibus consentientibus, magis congruit locutio « pastores, qui nempe ministerio verbi et sacramentorum, Sacrificio praesertim... ».*

Ita emendatus probatus est textus § 3, in qua de structura Ecclesiae agitur, de ministris ad Populum pascendum deputatis, seu de sacerdotio ministeriali.

§ 4, in qua de actione agitur Spiritus Sancti, qui perpetuo renovat Ecclesiam et principium est congregationis et unitatis, ab omnibus probata est, uti proposita.

## Canon 2

(De Ecclesiae unitate et de eius diversitate in unitate)

In hoc canone affirmatur imprimis Ecclesiae *unitas*; affirmatur deinde unam Ecclesiam existere in et ex Ecclesiis particularibus, quae in varios coaluerunt coetus, organice coniunctos, qui propria disciplina, propriis liturgicis usibus, proprioque theologico spiritualique patrimonio gaudent.

Ita, secundum admissa in animadversionibus generalibus, statim ab initio affirmatur Ecclesiam esse unam, sed affirmatur etiam hanc unam Ecclesiam existere in Ecclesiis particularibus, quae in coetus, ritus diversos, coalescere possunt.

Textus huius canonis ad litteram desumptus ex Constitutione « Lumen gentium », post aliquam disceptationem, ut omnino conveniens in hac Lege Fundamentali, unanimiter approbatus est.

## Articulus 1

### DE CHRISTIFIDELIBUS OMNIBUS

#### I. (DE HOMINUM OBLIGATIONE INGREDIENDI ECCLESIAM ET DE EORUM IURE).

Post disceptationem de ordine servando, consensus omnium Consultorum adfuit ut sequens ordo admittatur:

1) Cum *ratione dignitatis humanae*, hominibus sit obli-

gatio ad veritatem inquirendam ideoque et veram religionem amplectendam, itemque iisdem sit ius ad Ecclesiam accedendi, imprimis enuntiandum est principium quod Ecclesia eandem dignitatem recognoscit et etiam tuetur.

2) Deinde enuntiari debet principium vi cuius omnes homines ad salutem vocantur et ad Populum Dei ordinantur.

3) Affirmari dein debet omnium hominum obligatio ad veritatem, in iis praesertim quae ad religionem pertinent, inquirendam.

4) Item, affirmandum est eorundem ius, ut, verificatis debitis conditionibus, in Ecclesiam ingrediantur, sicut et eorum ius ut ad hoc faciendum non cogantur.

5) Tandem enuntiari debet obligatio et ius ipsius Ecclesiae omnibus hominibus auxilium praebendi, ut veritatem cognoscere valeant eamque amplectantur.

*Haec principia* enuntiantur in canonibus 3, 4 et 5. Sane, enuntiationes horum canonum *proprie canonicae non sunt*, sunt potius principia doctrinalia ordinis moralis, non canonici. Cum autem fundamentalia sint principia, quae ad ordinem iuridicum seu canonicum Ecclesiae sunt praerequisita, censuerunt Consultores eadem principia enuntianda esse in Lege Fundamentali, quae quidem indolem habet *theologico-iuridicam*.

### Canon 3

In hoc canone primum enuntiatur principium, scilicet:

« Ecclesia omnibus et singulis hominibus, utpote ad imaginem Dei creatis, dignitatem humanae personae propriam recognoscit, itemque officia et iura quae ex eadem profluunt agnoscit, atque, omnium hominum vocationis ad salutem ratione, etiam tuetur ».

a) *Agnoscit* Ecclesia dignitatem humanae personae propriam, quae quidem fundatur in eius natura spirituali, qua homo est imago Dei.

b) *Officia* et iura hominum, quae ex eadem dignitate profluunt, Ecclesia *agnoscit*, et, quia omnes homines vocantur ad salutem, eadem etiam *tuetur*.

Hoc principio simul affirmatur Ecclesiam, si non omnibus *agnoscit* iura proprie canonica, eisdem iura humana *recognoscere*, quae eorundem dignitati personae sunt propria. Ab omnibus probatus et canon 3.

#### Canon 4

In hoc canone enuntiatur omnes homines *ad Ecclesiam ordinari* (ita in Constitutione « Lumen gentium », n. 13), quia ad salutem vocantur omnes. Ad probationem allegatur textus Matthaei « Euntes ergo docete... », et referentia fit ad textum graecum. Unanimo consensu probatus est ita textus.

#### Canon 5

Triplex habetur enuntiatio in hoc canone:

1) Omnes homines tenentur ad veritatem inquirendum et ad ingrediendam Ecclesiam, quam cognoscant: principium habetur in Declaratione « Dignitatis humanae », nn. 1, 2 et 13.

2) Quia obligationem habent, etiam ipsis est *ius* ut in accedendo ad Ecclesiam immunes sint ab omni coactione, ut scilicet non cogantur agere contra conscientiam nec impediuntur quominus secundum eam agant. Item ex Declaratione « Dignitatis humanae » desumptum est principium.

3) In § 3 affirmantur:

a) *obligatio et ius Ecclesiae* recipiendi in Populo Dei illos qui id exoptent, si rite sint dispositi;

b) *obligatio et ius* Ecclesiae omnibus hominibus annuntiandi veritatem Christi Eiusque Ecclesiae et adiutorium praebendi ut veritatem cognoscant et recipiant. Desumptae sunt enuntiationes ex Const. « Lumen gentium » nn. 16 et 17, et ex Decreto « Ad gentes », nn. 1 et 2.

Praescripta huius canonis ab omnibus probata sunt Consultoribus, qui institerunt ut etiam *obligatio* affirmaretur Ecclesiae recipiendi eos qui rite sunt dispositi.

## II. (DE IIS QUI IN ECCLESIA INCORPORANTUR ET IN EA SUNT PERSONAE).

In canonibus 6 ad 9 agitur de iis qui in Ecclesia *incorporantur*, et ad eam pertinent, sive plene, sive aliqua ratione, et de iis qui ad Populum Dei *ordinantur*, in specie de catechumenis.

#### Canon 6

§ 1. In prima paragrapho, affirmatur *fundamentum*, cuius ratione quis ad Ecclesiam *pertinet*, esse *baptismum*. Baptismate homines in Ecclesiam inrant, incorporantur, et ad eam pertinent sive plene, sive pro parte, si nempe in plena non sunt communione.

1) Vitatae sunt locutiones « ad Ecclesiam pertinent » et « membra sunt Ecclesiae », quas etiam Concilium, in specie Constitutio « Lumen gentium » vitavit. Adhibentur ergo iidem dicendi modi qui in dicta Constitutione occurrunt.

2) Affirmatur in canone: « Eos qui baptismum receperunt Ecclesia auxiliis adiuvat, eos docendo, sanctificando et regendo, ut iidem, in finem supernaturalem libere et ordinatim conspirantes, salutem consequantur ».

Verum est, ut ab aliquibus Consultoribus animadvertitur, Ecclesiam etiam aliis, non baptizatis, auxilia praebere. Hos vero *non regit*, ergo regendo non adiuvat. Insuper affirmatio canonis non excludit Ecclesiam aliis etiam auxilium offerre; praesertim autem auxilia praebet baptizatis, qui nempe in societate recepti sunt et eiusdem regimini subiiciuntur omnes. Omnes baptizatos enim regit Ecclesia, cum, ratione indolis indelebilis baptismatis, in Ecclesia incorporati sint et ideo penitus ab eadem separari nequeant: id etiam affirmare necesse est.

§ 2. Postquam affirmatum est, in § 1, quod homo baptisate in Ecclesiam intrat, asseritur, in § 2, eundem baptisate constitui *personam*, scilicet eundem baptisate fieri *subiectum obligationum et iurium ordinis canonici*.

1) Textus prius propositus erat: « Baptisate homo in Ecclesia constituitur persona... ». Instante aliquo Consultore, addita sunt verba « Baptisate homo *Christo incorporatur* et in Ecclesia Christi constituitur persona... »: ratio allegata est quia distinguenda sunt iura quae ex baptisate directe profluunt et iura quae ordine ecclesiastico conferuntur; alicui tamen Consultori non videbatur necessaria haec additio, quia incorporatio in Ecclesia iam affirmatur in § 1 et iterum affirmatur in can. 7.

2) Locutio « Baptisate homo constituitur in Ecclesia Christi *persona* », quae mutuata est a Codice Iuris Canonici, can. 87 et etiam habetur in Codice orientali (Motu proprio « Cleri sanctitati », 2 iulii 1957, can. 16), necessario adhibenda visa est, contra scriptam animadversionem alicuius membri Coetus centralis. Ratio est, quia vox *persona* universaliter accipitur, in ordine morali et in ordine iuridico, ut significans *subiectum obligationum et iurium*. Sane, Ecclesia recognoscit obligationes et iura, quae homo, etiam non baptizatus, ratione suae dignitatis humanae possidet, et hoc affirmatur in can. 3. Sed, ut persona, seu subiectum obligationum et iurium proprie *canonicorum* in Ecclesia sit, requiritur ut sit baptizatus. Haec affirmatio, in *Lege Ecclesiae Fundamentali*, est omnino necessaria.

Ut clare appareat vocem « persona » hic significare subiectum

obligationum et iurium ordinis canonici, textus prius propositus haec verba habebat: « Baptismate homo constituitur in Ecclesia Christi persona seu subiectum obligationum et iurium canonicorum, cum omnibus... ». Aestimarunt vero plerique Consultores hanc additionem non esse necessariam, quia sensus vocis « persona » ex toto contextu apparet.

3) Secus ac in textu canonis 87 Codicis Iuris Canonici dicitur « persona, cum omnibus christianorum officiis et iuribus, nisi ad certa iura, immo vel officia, quod attinet, obstet obex ecclesiasticae communionis vinculum impediens aut lata ab Ecclesia censura ».

a) Dicitur « certa iura »: qui enim baptizatus est nequit, ratione indolis indelebilis baptismatis, penitus ab Ecclesia separari, adeo ut omnibus privari iuribus non possit; certo certius qui a plena communione deficit, remanens quidem in aliqua communione, scilicet saltem ratione baptismatis, certis iuribus privari potest; ita etiam qui certa committit delicta; omnibus autem iuribus privari nemo potest.

b) Dicitur « immo vel officia »: aliquem privando certis iuribus, Ecclesia eum liberat a certis officiis, quae quidem implere homines non valent nisi habeant iura ad illa quae sunt ad hoc implementum necessaria.

Suffragio facto, approbatus est canon a 7 Consultoribus, dum unus abstinuit a suffragio ferendo, et unus remansit contrarius, aestimans necessariam non esse in § 2 additionem verborum « Christo incorporatur », quae in hoc loco ipsi visa sunt superflua et ad rem non pertinentia.

#### Canon 7

In hoc canone agitur de gradu incorporationis in Ecclesia: in § 1 determinatur quinam plene in Ecclesia incorporantur; in § 2 quinam, in quadam cum Ecclesia Catholica communione cum sint, aliqua ratione ad Populum Dei iam pertinent.

§ 1. Determinatur quinam plene in Ecclesia incorporantur.

Quaestio mota est utrum servari debeant verba « illi baptizati qui, Spiritum Christi habentes, integram Ecclesiae ordinationem ... ».

1) De sententia alicuius Consultoris, etiam illi, qui in Ecclesia perfecte incorporantur, possunt amittere caritatem et gratiam (Const. « Lumen gentium », n. 14); plena incorporatio in Christo dicitur haberi per Eucharistiam (Decr. « Presbyterorum Ordinis, n. 5); ea de causa non est opportunum ut in Lege

Fundamentali sermo fiat de iis quae respiciunt salutem subiectivam hominum, sed de illis tantum quae Ecclesiam obiective constituunt. De plurimorum vero sententia, verba supradicta remaneant oportet. Certocertius in Lege Fundamentali quaestio esse debet de incorporatione obiectiva seu *externa*, i. e. de incorporatione coram ipsa Ecclesia. Qui in Ecclesia Catholica baptizati sunt et eius regimen agnoscunt, sed peccata gravia admiserunt, obiective seu externe sunt « in sinu Ecclesiae » (Const. « Lumen gentium », n. 8), sed, licet incorporentur in Ecclesiae « corpore », in eadem non remanent « corde » (Const. « Lumen gentium », n. 14). Requiritur autem ut remaneant verba « Spiritum Christi habentes », quia textus desumptus est ex Const. « Lumen gentium », n. 14, in quo haec verba habentur; praeterea « Spiritus Christi » non est elementum mere internum et externe manifestatur.

2) De sententia alius Consultoris, haec verba sunt tollenda, quia referuntur ad aspectum internum Ecclesiae, de quo in Lege sermo fieri non debet, quia de eo iudicari non potest. De aliorum, contra, sententia, Spiritus Christi etiam externe agit, et quidem etiam agit in structuris Ecclesiae.

Huius § 1 textus probatus est ab omnibus, uno excepto.

§ 2. Agitur de iis qui non perfecte ad Populum Dei iam pertinent, sed tamen, cum sint in quadam cum Ecclesia Catholica communione, aliqua ratione ad eum pertinent.

Ad hanc alteram paragraphum, quaestio posita est utrum tractari debeat de iis tantum qui in Ecclesiis vel communitatibus seiunctis fidem receperunt et educati sunt an de omnibus qui illis Ecclesiis vel communitatibus sunt adscripti. Arguitur notionem fratris seiuncti diserte distinguendam esse a notionem haeretici et schismatici.

Admittitur tamen ut textus sit « Illi qui, in Ecclesiis aut communitatibus ab Ecclesia catholica seiunctis *adscripti*... ». Agitur enim de iis qui non perfecte sunt in communione: in plena autem communione non sunt, tum qui nati et educati sunt in communitate seiuncta, tum qui, licet in Ecclesia Catholica baptizati, bona fide, immo vel mala fide, ad talem communitatem transeunt. Tales quidem non sunt in plena communione, sed dici non potest quod deficiunt a totali communione, quia remanent baptismus, fides in certa saltem sacramenta, etc.

Huius canonis § 2 approbata est ab omnibus Consultoribus.

### Canon 8

In hoc canone agitur de iis qui non sunt baptizati: ordinantur tamen ad Christi Ecclesiam; speciali ratione cum eadem connectuntur catechumeni.

In textu prius proposito, verba, in fine § 1, proponebantur sequentia:

« Catechumeni... ideoque hoc ipso voto, sicut et vita fidei et caritatis quam non raro agunt, coniunguntur cum Ecclesia, quae eos iam aliqua ratione ut suos agnoscit atque fovet ».

Propositum est ut supprimantur verba « aliqua ratione ». Huic obiectioni responsum datum est: verba Const. « Lumen gentium » n. 14 esse « quos iam ut suos dilectione curaque complectitur Mater Ecclesia », et haec verba non posse daclarari in eo sensu quod Ecclesia eos simpliciter ut suos agnoscit, non secus ac baptizatos.

De communi sententia, admissa sunt verba quae in textu nunc proposito habentur: « coniunguntur cum Ecclesia, quae eos iam ut suos fovet ».

### Canon 9

Cum in canonibus antecedentibus quaestio fuerit de iis qui sunt in plena communione et de iis qui non sunt in perfecta communione, opportunum visum est ut breviter indicentur seu definiantur quaenam revera ad plenam communionem requiruntur elementa. Sane haec elementa iam indicantur in can. 7, § 1, sed, claritatis et certitudinis causa, in hoc canone determinatur quid ferant unitas in fide, communio sacramentorum et unitas regiminis.

In textu prius proposito per tres canones definiabantur eadem tria elementa, quae ad plenam requiruntur communionem. Penitentibus vero Consultoribus, in unum canonem redacta sunt.

Canon ita compositus unanimo suffragio probatus est.

### III. (OMNIUM CHRISTIFIDELIUM OFFICIA ET IURA FUNDAMENTALIA).

In canonibus qui sequuntur, *officia et iura primaria*, quae omnibus ad Dei Populum pertinentibus, omnibus nempe christifidelibus, competunt, definiuntur et determinantur. Necessaria omnino visa est haec officiorum et iurium fundamentalium enumeratio et definitio in hoc articulo, qui de Populo Dei agit, omnesque considerat qui ad hunc Populum pertinent.

### Canon 10

Imprimis, fundamentalis inter omnes christianos, *aequalitas* quoad dignitatem christianam eorumque *communis responsabilitas* affirmatur quoad aedificationem corporis Christi; et haec aequalitas omnium christianorum adest, nulla facta distinctione ratione stirpis vel nationis, conditionis socialis vel sexus. Textus canonis innititur in doctrina Constitutionis « Lumen gentium », n. 32.

1) De omnium sententia, affirmari debet omnium christianorum aequalitas *quoad dignitatem* christianam: aequalitas inter eos adest in eis quae ad salutem pertinent.

2) Discussum est utrum in hoc canone etiam affirmanda sit aequalitas *quoad actionem*: aequalitas quidem adest, hoc sensu quod unusquisque partem habet in missione Ecclesiae. Certo, aliae sunt partes eorum qui ut pastores Populi Dei instituuntur, aliae partes eorum qui ad ministerium vocati non sunt, sed communis est omnium actio aliqua et responsabilitas. Ideo, admissum est ut initio canonis remaneant verba « Etsi eorum quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur... », quae verba etiam habentur in Const. « Lumen gentium »; insuper admissum est ut de aequalitate in actione addantur verba « qua cuncti, *unusquisque quidem secundum propriam conditionem* ». Attamen, de sententia unus Consultoris, necesse non est ut initium canonis « etsi... pro aliis constituuntur » servetur, et sufficit ut christianorum aequalitas in dignitate et actione affirmetur.

Suffragatione facta, textus probatus est ab omnibus, uno excepto, qui tamen in multis se consentire dixit, sed aestimavit sufficere affirmationem vi cuius omnes christifideles sunt aequales in omnibus quae ad salutem uniuscuiusque pertinent.

### Canon 11

In hoc canone omnium christifidelium *obligatio* affirmatur ducendi vitam sanctam.

1) Obligatio ad sanctitatem est imprimis obligatio moralis, sed etiam iuridice sanciri potest, ut in Codice Iuris Canonici, can. 124 affirmatur obligatio clericorum « sanctiorem prae laicis vitam » *ducendi*. Quia agitur de obligatione iuridica — enuntiata quidem in Lege Fundamentali — affirmatur obligatio *ducendi vitam sanctam*, externe quidem manifestatam.

2) Quaestio posita utrum etiam servari debeat secunda pars canonis « atque ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem

sanctificationem promovendam vires suas conferre debent », qua parte, ad mentem unius Consultoris, alia idea exprimitur. Attamen, quia *connexio* est inter sanctitatem fidelium et sanctificationem Ecclesiae, alteram hanc partem servandam esse alii affirmarunt.

Probatus est textus ab omnibus Consultoribus.

### Canon 12

In hoc canone affirmatur omnium christianorum *officium* et *ius* adlaborandi ut divinum salutis propositum ad omnes homines perveniat.

In textu prius proposito dictum erat « officium et ius adlaborandi, *suo quisque modo*, ut... ». Magis Consultoribus placuit locutio « *pro sua quisque conditione* ».

Suffragio facto, ab omnibus probatus est textus huius canonis.

### Canon 13

*Officia et iura* determinantur in hoc canone quae christifideles habent per respectum ad sacros Pastores et ad ceteros christifideles, in manifestatione praesertim sententiae in iis quae ad bonum Ecclesiae pertinent.

§ 1. Affirmat obligationem christifidelium *oboedientiae* erga sacros Pastores, qui ut magistri fidei declarationes dant, vel qui uti rectores Ecclesiae praescripta edunt.

Generalis est affirmatio: ut notatum est, christifideles obligatione oboedientiae tenentur tantum erga *proprios Pastores*; id vero apparet ex additis verbis « *ad normam sacrorum canonum* ». Determinatur etiam canonibus *modus* oboedientiae.

§ 2. Affirmat haec paragraphus ius christifidelium necessitates suas Pastoribus patefaciendi. Agitur quidem de vero iure, sed placuit modus dicendi « *integrum est* ».

§ 3. In hac paragrapho agitur de iure christifidelium manifestandi suam sententiam de iis quae ad bonum Ecclesiae pertinent.

1) Imprimis affirmatur eorum ius manifestandi sententiam suam sacris Pastoribus: textus innititur Const. « *Lumen gentium* », n. 37, et nulli controversiae dedit locum.

2) Deinde affirmatur christianos etiam ius habere suam sententiam, certis saltem sub conditionibus, aliis manifestandi. Hoc quidem ius *non est illimitatum*, et ideo, clare indicantur limites huius iuris:

a) in rebus fidei, non est libertas aliam proponendi sententiam: ideo dicitur « salva fidei integritate »;

b) nec habetur ius agendi vel sententiam proferendi, quae bono communi est nociva aut quae laedit aliorum famam: ideo affirmatur « et attentis communi utilitate personarumque dignitate »;

c) quoad modum, quo exercetur hoc ius, limites adsunt, et, quia pericula in publica manifestatione sententiarum adesse possunt, affirmatur in fine talem sententiae manifestationem publicam fieri quandoque debere, ubi id fieri possit, adhibitis institutis ab ipsa Ecclesia ad hoc stabilitis, atque semper servatis veracitate et prudentia ac debita erga sacros Pastores reverentia.

Textus ita compositus omnium suffragio probatus est.

#### Canon 14

Affirmatur *ius* christifidelium omnium ut a Pastoribus accipiant ministerium verbi et alia *auxilia spiritualia*, praesertim sacramenta. Verba huius canonis desumpta sunt ex Constitutione « Lumen gentium », n. 37.

In fine adduntur verba « *ad normam sacrorum canonum* », quia sermo est de iure christifidelium, quod ius habent tantum erga proprios Pastores; insuper Ius Canonicum potest determinationes edere quoad modum quo exerceri potest hoc ius.

Textus huius canonis unanimo consensu approbatus est.

#### Canon 15

Affirmatur christifidelium *ius* ad *proprium Ritum* et ad *propriam* etiam *vitae spiritualis formam*.

Ius ut christifideles cultum Deo persolvant iuxta praescripta proprii Ritus, ab Ecclesiae auctoritate adprobati, in Concilio Vaticano II pluries affirmatur.

Ius ut christifideles propriam sequantur formam spiritualis vitae, dummodo haec doctrinae Ecclesiae sit conformis, item nititur doctrina Concilii. Inter modos dicendi propositos « ius ad propriam spiritualitatem », « ius ad propriam vitae spiritualis vitam », « ius ad propriam vitae spiritualis formam », haec ultima magis Consultoribus placuit, quia generalior est.

Canon, in hac forma propositus, ab omnibus est probatus.

#### Canon 16

*Officium subveniendi necessitatibus Ecclesiae*, quo christifideles tenentur, in hoc canone affirmatur.

Opportunum visum est ut in hoc canone non fiat mentio de iure ipsius Ecclesiae habendi bona temporalia et requirendi a fidelibus media ipsi necessaria. In hac parte enim Legis Fundamentalibus quaestio est de officiis de iuribus ipsorum christifidelium; de iure Ecclesiae possidendi bona temporalia in alio loco agitur (cf. can. 93, § 4).

Textus huius canonis ab omnibus probatus est.

#### Canon 17

*Ius associationis et ius conventus habendi ad fines persecuendos spirituales* in hoc canone omnibus christifidelibus agnoscitur.

Christifidelibus competere ius consociationis, vi cuius libere possunt condere et moderari consociationes ad fines religionis et pietatis, in universa Ecclesiae traditione agnoscitur et Concilio Vaticano II affirmatur, scilicet in Decreto « Apostolicam actualitatem », n. 19 et in Decreto « Presbyterorum Ordinis », n. 8. In schemate prius proposito aderant verba « ad fines spirituales »; Consultoribus magis placuit locutio « ad fines religionis vel pietatis », quia haec verba fines magis determinant et iam habentur apud Innocentium IV.

Ius christifidelium non est illimitatum:

a) sunt fines, quorum persecutio ipsa sua natura uni hierarchiae reservatur, ut sunt ordinatio cultus publici, doctrinae christianae propagatio; ad illos fines quae constituuntur consociationes, ab ecclesiastica auctoritate pendent;

b) omnes consociationes quas christifideles libere condunt ad fines religionis vel pietatis subsunt vigilantiae auctoritatis ecclesiasticae competentis et etiam eius regimini, sicut huic subsunt ipsi christifideles singuli; haec additio est necessaria, ut subiectio haec distinguatur a subiectione qua tenentur consociationes ab ipsa auctoritate ecclesiastica constitutae, quae scilicet ab eiusdem superiore directione pendent.

Canon unanimo suffragio Consultorum adprobatus est.

#### Canon 18

*Ius propriis inceptis apostolicam actionem promovendi* item inter iura fundamentalia omnium christifidelium enumerandum est. In disceptatione petatum id est ab uno Consultore et ab omnibus adprobatum est, quia hoc ius christifidelibus agnoscitur in Concilio Vaticano II: ratione baptismatis, christifideles participant in missione salvifica Ecclesiae (Const. « Lumen gentium »),

n: 33) et ideo ipsis ius est ad apostolica incepta libere constituenda, dummodo debita servetur relatio cum sacris Pastoribus (cf. Decr. « Apostolicam actuositatem », n. 24).

Hoc ius non est idem ac ius consociationes condendi ad fines apostolatus, quia incepta possunt etiam esse individualia; ideo de sententia Consultorum, in speciali canone de hoc iure est agendum.

Canon ab omnibus Consultoribus adprobatus est.

#### Canon 19

*Ius ad institutionem in disciplinis sacris* etiam ut ius fundamentale omnibus christifidelibus agnoscitur.

Concilium Vaticanum II libertatem omnium ad studia in disciplinis sacris peragenda agnovit, immo optavit ut plures laici easdem disciplinas colant (Const. « Gaudium et spes », n. 62); ideo christifidelibus agnoscendum est hoc ius, quia ius est concreta expressio libertatis.

Canon ab omnibus adprobatus est.

#### Canon 20

*Officium christifidelium affirmatur observandi principium responsabilitatis personalis et socialis*, in exercitio suorum iurium.

1) Praescriptum huius canonis respicit *exercitium iurium* quae christifidelibus competunt. In hoc exercitio, non habent omnimodam libertatem, sed rationem habere debent tum boni communis, tum iurium aliorum et suorum erga alios officiorum. Quaesitum est utrum non affirmari etiam oporteat quod rationem habere debent legis moralis; aestimarunt autem Consultores haec verba non esse addenda, quia haec affirmatio habetur in affirmato principio responsabilitatis personalis et socialis.

2) Affirmatur insuper christifideles, in exercitio suorum iurium, subesse moderamini Ecclesiae, quae competens est etiam ad eadem iura restringenda, legibus etiam irritantibus et inhabilitantibus, ratione boni communis.

Canon unanimo suffragio probatus est.

#### Canon 21

*Ius christifidelium ut semper iura sua defendere possint, et ius ut iudicentur secundum praescripta iuris*, fundamentalia etiam iura sunt.

1) Intentum § 1 est quod christifidelibus semper, ad iura sua defendenda, datur *recursus iudicialis*, et quod, in certis casi-

bus, insuper datur recursus administrativus. Praevalidentia ergo affirmatur recursus iudicialis.

2) Intentum § 2 est quod christifidelibus ius quoque est ut iudicentur a tribunali, secundum iuris praescripta, pro eis competenti, et servatis iuris praescriptis; insuper in applicatione praescriptorum iuris servanda est aequitas.

Canon ergo respicit tutelam iurium quae christifideles in Ecclesia possident: quae tutela, secundum iuris praescripta, omnino est necessaria.

Canon ab omnibus adprobatus est.

#### Canon 22

*Ius ad liberam status electionem* in hoc canone affirmatur, ut ius omnium christifidelium fundamentale.

Hic canon, qui in doctrina Concilii Vaticani II innititur, ab omnibus adprobatus est.

#### Canon 24

*Ius ad educationem christianam* christifidelibus competit, atque parentes obligatione tenentur eandem curandi.

In § 1 enuntiatur *ius christifidelium* ad educationem christianam; quod eorum ius affirmatur in Concilio Vaticano II Declaratione « Gravissimum educationis », n. 2, in quo textus canonis innititur.

In § 2 enuntiatur correspondens *obligatio parentum* eorundemque *ius* ad educationem filii tradendam, et inde infertur *obligatio parentum christianorum* eorumque *ius curandi* educationem christianam filiorum. Ab aliquo Consultores propositum est ut sermo fiat de « educatione catholica »; plerisque magis placuit locutio « educationem christianam secundum doctrinam ab Ecclesia traditam ».

Canon unanimo consensu Consultorum adprobatus est.

#### IV. (DE DIVERSITATE CHRISTIFIDELIUM RATIONE STATUS).

Postquam de omnium christifidelium officiis et iuribus quaestio fuit, agitur *de diversitate* quae inter eos habetur *ratione status*.

Imprimis enuntiatio habetur generalis, qua affirmatur in Ecclesia esse diversitatem membrorum et officiorum. Deinde principium generale enuntiatur, vi cuius una ex parte distinguuntur ministri et illi qui non sunt ministri, et ex altera ex parte affirma-

tur ex utraque parte haberi religiosos. Tandem de statu ministrorum Ecclesiae, de statu religioso et de statu laicali praescripta dantur generalia, quibus diversi status definiuntur.

#### *Canon 25*

Hoc canone verbis generalibus, a Constitutione « Lumen gentium » depromptis enuntiatur in Ecclesia communem esse omnium dignitatem, diversitatem autem membrorum et officiorum.

Ut notatum est in disceptatione, communis christifidelium dignitas iam antea, in can. 10, affirmata est. Hoc non obstante, placuit enuntiatio generalis huius canonis, uti est, quia de diversitate membrorum quaestio esse non potest, quin etiam memoretur eorum unitas in dignitate christiana; insuper mens theologica huius Legis Fundamentalibus ita melius apparet, et enuntiatio etiam sub respectu oecumenico utilis est.

Canon ab omnibus adprobatus est.

#### *Canon 26*

Duplex diversitas inter membra Ecclesiae in hoc canone enuntiatur:

a) una ex parte sunt ministri sacri et alii, qui scilicet non sunt ministri et laici dicuntur;

b) altera ex parte sunt religiosi et non-religiosi; religiosi ex utraque parte — ex ministris et non-ministris — habentur.

Distinctio, ut in canone habetur, innititur Constitutione « Lumen gentium », praesertim n. 43.

§ 1. In textu prius proposito, forma enuntiationis erat sequens:

« Ex divina *hierarchica* Ecclesiae institutione, sunt in Ecclesia ministri, qui et clerici vocantur, et alii fideles, qui laici nuncupantur ».

1) Dum duobus consultoribus placuit ut servaretur vox « hierarchica », ut innuatur distinctio inter sacerdotium regale et sacerdotium ministeriale, aliis visum est illud verbum omitti posse; quia vox « hierarchica » non semper in eodem sensu usurpatur.

2) Plerisque item placuit ut dicatur « ministri *sacri* », quia omnes ordinatione fiunt ministri.

3) Cum nomen « clerici », quo appellantur ministri sacri sit iuris ecclesiastici, emendatus est textus, ita ut sit « ministri

sacri, qui *in iure* et clerici vocantur »; item, quia non unus est sensus vocis « laici », et quia vox « *λαός* » significat omnes christifideles, emendatus est textus ita ut sit « ... et alii fideles, qui et laici nuncupantur ».

Ita emendatus, ab omnibus adprobatus est textus § 1.

§ 2. Textus generalis de religiosis depromptus est ex Const. « Lumen gentium », nn. 43 et 44.

1) Ut in disceptatione notatum est, textus agit de religiosis tantum, non de iis qui in Institutis saecularibus Deo consecrantur. Placuit tamen ut remaneat textus, uti propositus est, quia est principium generale tantum, et quia in Const. « Lumen gentium » de religiosis quaestio est.

2) Uni Consultori non placuerunt verba « religiosi, qui... suo peculiari modo *Deo consecrantur* », quia baptismate iam homines Deo consecrantur; aliis vero placuit ut verba illa remaneant, quia affirmatur quod religiosi *suo peculiari modo* Deo consecrantur.

Textus huius § 2, itaque ab omnibus, uno excepto, adprobatus est.

#### Canon 27

Definitur in hoc canone pars quam in Ecclesia habent *ministri* Ecclesiae.

1) Etiam in hoc canone affirmatur ministros *peculiari ratione* Christo configurari, quia baptismate omnes Christo configurantur.

2) Omnibus placuit ut mentio fiat *etiam* de diversis ministrationibus et charismatibus, quibus operatur Spiritus Sanctus, et quorum rationem habere debent ministri in pascendo Populo Dei; de ministrationibus et charismatibus, sermo est in Const. « Lumen gentium », nn. 12 et 32.

Probatus est textus huius canonis ab omnibus Consultoribus.

#### Canon 28

In hoc canone status religiosus definitur, et determinatur pars quam religiosi in Ecclesia habent. Eorundem peculiaris significatio in Ecclesia affirmatur.

In textu prius proposito habebantur etiam § 2 et § 3, in quibus in specie quaestio erat de religiosis qui sunt in Institutis ad contemplationem ordinatis, et de religiosis qui sunt in Institutis variis apostolatus operibus deditis. De sententia vero

omnium Consultorum, sufficit enuntiatio generalis quae in textu approbato habetur.

Ab omnibus probatus est textus huius canonis.

### Canon 29

In hoc canone definitio traditur status laici, et verbis generalibus determinatur pars propria quam laici in Ecclesia habent.

1) De sententia omnium Consultorum, definitio laicorum generalis, sed non mere negativa tradenda est: affirmari debet eos partem habere in muneribus Ecclesiae; item eos propriam habere vocationem in ordine temporali; tandem hierarchiae cooperationem praestare posse.

2) De omnium consensu, fundamentum eorundem participationis in muneribus Ecclesiae indicantur tum *baptisma*, tum *confirmatio*, qua nempe in fide roborantur.

§ 1. In hac § 1, generalis datur definitio laicorum, et indicatur eos suam partem habere in Ecclesiae muneribus. Cum autem pars, quam in iis muneribus habent, determinari aut saltem *pressius* determinari valeat et debeat ab Ecclesiae Pastoribus atque sub moderamine etiam est auctoritatis ecclesiasticae, affirmatur: « ... Ecclesiae, cuius in muneribus exercendis propriam habent partem, ab ecclesiastica auctoritate quoque determinandam et ab eadem moderandam ».

Haec § 1 ab omnibus Consultoribus adprobata est.

§ 2. In secunda paragrapho huius canonis, affirmatur laicos propriam habere vocationem in rebus temporalibus gerendis: curare debent ut secundum Deum ordinentur. Haec affirmatio, secundum plerosque in § 2 ponenda est, quia magis specifica est pro laicis haec vocatio, quam altera de qua in § 3.

Haec § 2 ab omnibus etiam adprobata est.

§ 3. Tertia paragrapho agitur de laicorum relatione cum hierarchia, quacum cooperari possunt. Membra sunt activa Ecclesiae, et ideo habiles sunt qui consulantur a sacris Pastoribus; insuper ad certa munera exercenda deputari possunt a sacris Pastoribus.

Omnibus placuit ut affirmetur laicos ad certa munera deputari posse; plerisque, 5 scilicet Consultoribus, placuit ut etiam affirmetur eos habiles esse ut a sacris Pastoribus consulantur, dum ad mentem trium Consultorum haec affirmatio non est necessaria. A plerisque ergo Consultoribus probatus est textus § 3 huius canonis.

## Articulus 2

### DE HIERARCHIA IN ECCLESIA CONSTITUTA

Postquam de Populo Dei in universo quaestio fuit, de omnibus nempe christifidelibus, nunc in Art. 2 agitur de Ecclesiae ministris, de iis nempe qui in ipso Dei Populo instituti sunt ad eundem Populum pascendum.

*Generalia quaedam* habentur imprimis, de ipsa institutione ministrorum a Christo Domino.

Deinde in specie praescripta habentur de Summo Pontifice (§ 1), de Episcopis (§ 2) ac de presbyteris et diaconis (§ 3).

#### I. (GENERALIA QUAEDAM DE INSTITUTIONE MINISTRORUM ECCLESIAE).

##### *Canon 30*

Duae habentur affirmationes, quae nituntur Constitutione « Lumen gentium », n. 18:

1) Christus Dominus varia ministeria instituit.

2) Ministri sunt in servitium fratrum suorum: finis ministerii in genere definitur.

Textus huius canonis unanimo suffragio adprobatus est.

##### *Canon 31*

In tribus paragraphis habentur tres affirmationes seu enuntiationes:

1) Christus, qui est Ecclesiae aeternus Pastor, ut pastores suae Ecclesiae instituit Apostolos, eisque praeposuit Petrum.

2) Munus Petro commissum permanet in Romano Pontifice; munus Apostolis concreditum permanet in Episcopis.

3) Sicut unum Collegium constituebant Petrus et ceteri Apostoli, ita « pari ratione » Summus Pontifex et Episcopi.

Textus huius canonis ab omnibus Consultoribus adprobatus est.

##### *Canon 32*

In hoc canone agitur de aliis ministris in Ecclesia:

1) De iis qui *lege divina* etiam instituti sunt, et qui vocantur ad *cooperandum* cum Episcopis.

2) De aliis ministris, qui *iure ecclesiastico* institui possunt, et qui *adiuvant* Episcopos in suis muneribus exercendis.

De adiutorio quod a fidelibus laicis praebere potest etiam mentio fit.

Consulto electa sunt verba « cooperari » pro presbyteris et diaconis, et « adiuvari » pro ceteris ministris et pro laicis, ut manifestum sit diversae naturae esse partem quam habent presbyteri et diaconi et partem quam habere possunt alii ministri, iure ecclesiastico instituti, et laici.

Textus huius canonis ab omnibus adprobatus est.

## II. (DE MINISTRIS ECCLESIAE, LEGE DIVINA INSTITUTIS, IN SPECIE).

### § 1. De Summo Pontifice

Tres canones habentur, in quibus determinatur:

- a) munus in genere Summi Pontificis, atque huius muneris finis;
- b) institutio Summi Pontificis, i. e. ratio vi cuius potestatem suam obtinet;
- c) huius muneris exercitium, in quo utitur Summus Pontifex variis personis et institutis.

### Canon 33

§ 1. Summi Pontificis munus in genere definitur, atque etiam potestas quam vi huius muneris habet.

1) Ad hanc § 1, ab uno Consultore mota est difficultas: verba in hoc canone addita « Collegii Episcoporum Caput » in hoc contextu ambiguitati ansam praebere possunt. Aliis autem visum est nullam ambiguitatem ex his verbis sequi posse, cum affirmetur Summum Pontificem *vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris* » potestatem supremam et plenam habere; insuper, cum primo hic sermo sit de Summo Pontifice, omnes eius tituli indicari debent. Quaestione iterum considerata, et re plene perspecta, Consultor, qui difficultatem movit, declaravit se omnino consentire ut verba illa in canone maneat.

2) Difficultatem movit unus Consultor, quia potestas Summi Pontificis affirmatur simpliciter *immediata*, etiam in Ecclesias particulares: aestimavit rationem diversam, sub qua in eas Ecclesias potestatem immediatam habent Summus Pontifex et etiam Episcopi dioecesani determinandam esse. Alii vero Consultores censuerunt talem determinationem in hoc canone dari non posse, et quaestionis solutionem haberi ex praescriptis can. 79 et 80 huius Legis Fundamentalibus.

3) De sententia duorum Consultorum, distinguere debent potestas quam Summus Pontifex habet, vi primatus, scilicet ut supremus Ecclesiae universae pastor, et potestas quam habet in Ecclesia Latina, ut Patriarcha Ecclesiae Latinae. Alii autem aestimarunt difficilem esse talem determinationem, et eam certo in hoc canone non esse faciendam.

Textus huius § 1 canonis ab omnibus adprobatus est, excepto uno Consultore, propter difficultatem ab ipso motam, et sub 2) allegatam.

§ 2. In hac § 2 praescriptum generale habetur: « A sententia Romani Pontificis non datur appellatio ».

Alicui Consultori haec formula nimis restricta visa est, ut se referens ad iudicium tantum. Aliis, contra, placuit haec formula, quia traditionalis, et quia vox « sententia » non solum sententiam iudicalem significat, sed sensum generaliore habet.

Probatus est textus huius § 2 ab omnibus, uno Consultore excepto.

#### Canon 34

Agitur in hoc canone de modo quo Summus Pontifex potestatem suam acquirit et de possibili renuntiatione.

§ 1. Quo modo Summus Pontifex potestatem suam obtinet in genere definitur.

1) Determinari non debet in Lege Fundamentali quonam modo in concreto Summus Pontifex instituitur: varii fuerunt modi in historia. Ideo generalibus verbis affirmatur « Plenam ac supremam potestatem in Ecclesia Romanus Pontifex, ad normam iuris vocatus... »: ius enim potest, secundum varia adiuncta, alium vel alium modum determinare.

2) Ut autem Summus Pontifex plenam habeat potestatem, quae Summo Pontifici propria est, requiritur ut vocationem *acceptet*, et etiam ut sit *Episcopus consecratus*. Ut in disceptatione notatum est, traditionalis est doctrina, secundum quam collatio potestatis primatialis requirit consecrationem episcopalem, et haec doctrina, post Concilium Vaticanum II praesertim, admittenda est: potestas primatus est potestas episcopalis in totam Ecclesiam. Ideoque, de communi Consultorum sententia, necessitas consecrationis episcopalis affirmari debet, et recepta est formula canonis « Plenam ac supremam potestatem... acceptione una cum consecrationem episcopali iure divino obtinet ».

3) Magis placet Commissioni Consultorum ut adhibeatur modus dicendi « consecratio episcopalis », qui omnino traditio-

nalis est; cum vero hodie adhibeatur locutio « ordinatio episcopalis », hic modus dicendi inter parentheses indicatur.

Textus § 1 huius canonis ab omnibus adprobatus est.

§ 2. De possibili renuntiatione muneri suo a Summo Pontifice, enuntiatur praescriptum traditionaliter receptum: ad validitatem non requiritur ut a quopiam acceptetur; sed, cum constet oporteat de tali renuntiatione, requiritur ut manifestetur, ita ut Ecclesia eius notitiam habeat.

Plerisque Consultoribus placuit locutio « ut *rite* manifestetur », quia modus quo manifestari debet definiri non debet legibus, quas quidem ipse Summus Pontifex semper mutare potest.

### Canon 35

De exercitio muneris Supremi Pastoris, notatur tantum Eum in hoc munere exercendo uti variis *personis* et *institutis*, secundum adiuncta temporum.

Quaestio posita est utrum in hoc loco mentio facienda sit de Synodo Episcoporum, de Romana Curia aliisque institutis. Communiter admissum est generalem enuntiationem sufficere, quia ordinatio institutorum, quibus utitur Summus Pontifex in explendo suo munere, variari potest secundum varietatem necessitatum quae habentur.

### § 2. De Episcopis

*Generalia principia* de Episcopis imprimis enuntiantur, in quibus agitur de eorum institutione divina, deinde de origine seu fundamento munerum quae ipsis sunt propria, et tandem de horum munerum exercitio quoad universam Ecclesiam et quoad Ecclesias particulares ipsis commissas.

*Duplex pars* deinde habetur: in *prima*, praescripta habentur quae respiciunt Collegium Episcoporum; in *altera*, praescripta enuntiantur quae ad Episcopos singulos attinent.

### Canon 36

§ 1. De institutione Episcoporum agitur, ex lege divina, secundum ea quae habentur in Decreto « Christus Dominus », nn. 19 et 20. Omnes consenserunt de textu huius § 1.

§ 2. De origine seu fundamento eorundem munerum affirmatio habetur, quae enuntiata est in Constitutione « Lumen gentium », n. 21. Omnes etiam de hoc textu convenerunt.

*Quaestio* mota est utrum addenda sit aliqua § 3, in qua norma tradatur, determinans quibusnam modis Episcopi *amit-*

*tant* communionem. Textus propositus est ab aliquo Consultore: hic textus enuntiat Episcopos amittere communionem per declarationem Summi Pontificis atque ipso iure per certas poenas ecclesiasticas, ut sunt excommunicatio, degradatio, etc. Ceteri vero Consultores censuerunt tales determinationes ad ius poenale Ecclesiae pertinere, eas vero in Lege Fundamentali enuntiarı non posse; insuper, si de communionis amissione pro Episcopis datur praescriptum, etiam pro presbyteris et in genere christifidelibus praescriptum enuntiarı debet, scilicet de eorum cum Episcopo communionem. Post disceptationem, ab omnibus, uno Consultore excepto, probatum est ut nullum de amissione communionis addatur praescriptum in hac Lege Fundamentali.

### Canon 37

In hoc canone habentur praescripta de muneris episcopalis exercitio quoad Ecclesiam universam, et quoad ipsis commissas Ecclesias particulares.

§ 1. Verba huius § 1, deprompta sunt ex Decreto « Christus Dominus », n. 3, in quo affirmatur quod Episcopi quoad universam Ecclesiam suum munus episcopale exercent, *ad magisterium et regimen pastorale quod attinet*, omnes uniti in Collegio.

Ab uno Consultore obiectio contra hunc textum mota est: ad eius mentem, verba « ad magisterium et regimen quod attinet » sunt delenda, aut saltem dicendum est « ad magisterium et regimen pastorale *praesertim* quod attinet »; ratio est, quia distinctio inter tria munera non est adaequata, et munus sanctificationis etiam exerceri potest a Collegio.

De sententia aliorum Consultorum verba § 1 servanda sunt, uti habentur in textu: si textus huius § 1 canonis 37 mutatur, etiam mutandus est textus can. 36, in quo enuntiat de solis muneribus docendi et regendi, quod non nisi in communionem hierarchica cum Collegii Capite et membris exerceri possunt; uterque autem textus in cann. 36 et 37 receptus est uti a Concilio probatus est, et textus a Concilio probati, quoad substantiam, mutari non possunt; insuper plerisque videtur potestatem sanctificandi, ipsam scilicet potestatem sacramentaliter sanctificandi, per Collegium non exerceri, sed per singulos tantum.

Suffragio facto, omnes Consultores, uno excepto, probarunt textum huius § 1, uti propositus est.

§ 2. Hic etiam textus desumptus est ex Decreto « Christus Dominus »: agit de munere Episcoporum quoad Ecclesias particulares.

Ab aliquo Consultore quaesitum est utrum non sit opportunum ut etiam mentio fiat de munere quod Episcopi exercere possunt, non uti pastores alicuius Ecclesiae particularis, sed in servitium totius Ecclesiae aut Ecclesiarum alicuius regionis, ut casus est de Episcopis in Curia romana, vel in Episcoporum Conferentiis officium aliquod exercentibus.

Cum vero, secundum doctrinam, officium episcopale de se ordinetur ad munera pastoralia sensu proprio exercenda, huius § 2 textus, de aliorum Consultorum sententia, remaneat oportet uti est, eo vel magis quod, cum positive enuntiet officia Episcoporum, non excludit alia quaedam officia ipsis committi posse. Textus deinde probatus est ab omnibus Consultoribus.

### 1. De Collegio Episcoporum

Primo declaratur quinam efformant Collegium Episcoporum (can. 38). Deinde *generale* habetur praescriptum de potestate Collegii Episcoporum (can. 39). Tertio de exercitio huius potestatis agitur, in Concilio Oecumenico aut per Episcopos non in Concilio congregatos (can. 40). Tandem praescripta quaedam fundamentalia enuntiantur de Concilio Oecumenico (cann. 41-45).

#### Canon 38

§ 1. In hac § 1 enuntiatum quinam constituunt vel efformant Collegium Episcoporum: innititur textus Const. « Lumen gentium », n. 22.

1) Iterum, magis placuit Consultoribus locutio « *consecratio episcopalis* », quam « *ordinatio episcopalis* »: in Concilio adhibetur locutio « *consecratio* », et in Oriente item eadem locutio semper usurpatur.

2) Dubium motum est utrum dici debeat: « *cuius membra sunt Episcopi* » an « *cuius membra constituuntur Episcopi* »: cum vero Collegium consideretur in sua existentia, de sententia communi, servanda sunt verba « *cuius Caput est Romanus Pontifex, ... et cuius membra sunt Episcopi...* ».

§ 2. In hac § 2 affirmatur Collegium repraesentare totam Ecclesiam.

Ab omnibus probatus est textus huius § 2.

### Canon 39

*De potestate Collegii Episcoporum* in hoc canone habetur generale praescriptum, depromptum ad verbum ex Const. « Lumen gentium », n. 22.

Probatum est canon 39 ab omnibus.

### Canon 40

*De modis quibus exercere potest potestatem suam* Collegium Episcoporum, praescripta in hoc canone habentur, quae deprompta sunt ex Const. « Lumen gentium », n. 22 (ita § 1 et § 2) et ex Nota explicativa praevia ad Const. « Lumen gentium », n. 3 (§ 3).

Tres paragraphi huius canonis ab omnibus probatae sunt.

### Canon 41

*De Concilio Oecumenico* praescripta fundamentalia traduntur in hoc canone et sequentibus.

§ 1. Ab omnibus etiam probatum est textus.

§ 2. Quaesitum tantummodo est utrum in Lege Fundamentali hoc praescriptum haberi debeat. Plerisque vero placuit ut in Lege Fundamentali omnia haberentur praescripta quae revera de Concilio Oecumenico sunt *constitutiva*.

Disceptatum etiam est utrum in fine § 2 servandum sit verbum « *probatas* », an ponendum sit verbum « *probandas* ». Placuit ut remaneat verbum « *probatas* », quia quaestiones propositae antea probari debent.

### Canon 42

In hoc canone definitur quinam ad Concilium *vocandi sunt*, quinam *vocari possunt*.

§ 1. *Quinam debeant* convocari, definitur in hac § 1.

1) De sententia unius Consultoris, cum Ecclesia existat in Ecclesiis particularibus, omnes convocari debent qui Ecclesiis particularibus praesunt, etiam si non sint Episcopi. Aliis non placuit haec sententia, quia proprie Ecclesiae particulares sunt, quibus praees Episcopus, et illae solae.

2) Quaesitum est ut affirmetur omnes et solos Episcopos *iure divino* ius habere ut intersint Concilio. Aliis autem visum est sufficere verba § 1, uti sunt, quia affirmatur « *omnibus et solis Episcopis, qui sunt membra Collegii episcopalis* ».

Ab omnibus probatum est textus huius § 1.

§ 2. *Alii possunt vocari ad Concilium*: in hac § 2 id affirmatur.

De sententia duorum Consultorum, formula § 2 « *alii aliqui...* vocari possunt » est nimis generalis: ad eorum mentem vocari tantum possunt qui potestate aliqua hierarchica gaudent, et vitari debet periculum ne Concilium constet ex laicis. Aliis placuit ut remaneat enuntiatio generalis, quia nulla videtur ratio ob quam a priori laici excludendi essent, ita ut vocari non possent, et quia fiducia habenda est in Romanum Pontificem, cuius est convocare eos qui non sunt Episcopi.

Probatum est textus huius § 2 a 7 Consultoribus, contrariis 2.

§ 3. Agitur de iis qui ut periti vocari possunt.

Probatum est § 3 ab omnibus.

### Canon 43

Alia praescripta enuntiantur de Concilio Oecumenico.

Posita est quaestio utrum haec praescripta in Lege Fundamentali enuntiari debeant. De sententia 4 Consultorum, haec praescripta ad Codicem Iuris Canonici remitti possunt, dum alii 5 aestimarunt eadem locum suum habere in ipsa Lege Fundamentali, quae quidem *omnia praescripta* continere debet de Concilio Oecumenico, quod maximi momenti est pro Ecclesia universa.

§ 1. Probatum est ab omnibus textus.

§ 2. Quaesitum est quisnam sit sensus illius subscriptionis a Procuratore, qui suffragium non habuit. Responsum datum est subscriptionem fidem facere de actu peracto, non de suffragio.

Quaesitum item est utrum dici debeat: « procurator *debet* acta subscribere », an « *ius habet* subscribendi ». Cum vero subscriptio tantum requiratur eorum quorum subscriptio fidem facit, scilicet notariorum, placuit ut remaneat locutio « *ius habet* ».

### Canon 44

Textus huius canonis ab omnibus probatus est, nulla mota difficultate.

### Canon 45

*De requisitis ut vim obligandi habeant constitutiones et decreta Collegii Episcoporum, praescriptum datur.*

De quo requiruntur:

a) ut a Collegii Patribus et a Romano Pontifice sint approbata: haec approbatio requiritur *ad constitutionem* actus;

b) ut a Romano Pontifice sint confirmata: confirmatione

iubetur constitutiones et decreta ut leges esse servanda; haec *iussio*, sicut et promulgatio vel receptio pertinet ad Summum Pontificem.

Textus ab omnibus probatus est Consultoribus, uno excepto.

## 2. De Episcopis singulis

In canonibus 46-47, de potestate agitur quam habent singuli Episcopi, et de modo quo *expedita* eorum potestas redditur in Ecclesiam particularem. Praeterea agitur de sollicitudine qua tenentur pro universa Ecclesia, et de responsabilitate etiam quam habent erga Ecclesias particulares, etsi sibi non concreditas.

### Canon 46

§ 1. In textu prius proposito, textus erat:

« Singuli Episcopi, quibus alicuius Ecclesiae particularis cura commissa est, eidem ut vicarii et legati Christi praesunt, atque, sub auctoritate Romani Pontificis *et Collegii Episcoporum*, portionem Populi Dei etc. ... ».

1) Aestimarunt 6 Consultores verba « *et Collegii Episcoporum* » delenda esse, quia practice potestatem hanc exercet Romanus Pontifex, cuius ceterum est fratres confirmare: non quidem negatur potestatem etiam pertinere ad Collegium, sed practice eam exercet solus Summus Pontifex. Alii vero 3 Consultores censuerunt illa verba servanda esse, quia etiam Episcoporum Collegium supremam habet potestatem et Episcopis iniungere potest praescripta.

Probatus est ergo textus a 6 Consultoribus, contrariis 3.

2) In fine habentur verba « *servando* quidem iura quae Patriarchis... ». In Decreto « Christus Dominus », habentur verba « Ipsi tamen *agnoscant* iura... ». Substantia est eadem, sed placuit verbum « *servando* », quia, post Concilium, etiam in Ecclesia Latina habetur auctoritas, cui quaedam reservantur, scilicet Episcoporum Conferentiae: igitur convenit ut dicatur « *servando* ».

§ 2. In hac § 2 agitur *de missione canonica*, qua potestas Episcoporum consecratione recepta fit *expedita* ad portionem Populi Dei sibi commissam pascendam.

Uni Consultori non placuit modus dicendi « obtineri potest *per* legitimas consuetudines... vel *per* leges... », quia, ad eius mentem semper requiritur ad missionem canonicam actus particularis, *secundum* legem vel consuetudinem positus. Aliis vero

placuit ut servetur textus, qui utitur verbis a Concilio adhibitis: in re tanti momenti praesertim, verba adhibenda sunt, quibus utitur Concilium.

#### Canon 47

§ 1. Magis determinatur potestas expedita quam habent Episcopi, et ideo affirmatur eos potestatem *expeditam de qua in canone 46* non habere in alias Ecclesias particulares sibi non concreditas, neque in Ecclesiam universam.

Notatum est ab uno Consultore Episcopos habere potestatem vi consecrationis episcopalis, sed eam non *exercere*, nisi in Ecclesiam sibi commissam: ad eius mentem, affirmari debet « Singuli Episcopi... neque in Ecclesiam universam *exercent* ». Aliis vero placuit ut affirmetur « neque... *habent* », quia in canone agitur *de potestate expedita*, et ideo dicitur « de qua in canone 46 ».

Probatum est textum huius § 1 ab omnibus.

§ 2. In hac § 2 de omnium Episcoporum sollicitudine erga universam Ecclesiam praescriptum enuntiatur.

Ab omnibus probatum est textum huius § 2.

§ 3. In hac § 3 praescriptum datur de sollicitudine, qua, ut sponsores omnium Ecclesiarum, tenentur Episcopi erga alias Ecclesias particulares, quibus non sunt praepositi.

Textum huius § 3 ab omnibus probatum est.

#### § 3. De presbyteris et diaconis

De presbyteris imprimis agitur (can. 48), deinde de diaconis (can. 49).

#### Canon 48

§ 1. Aliquae ad hanc § 1 animadversiones factae sunt:

1) De sententia unius Consultoris, affirmari debet non tantum presbyteros « unius eiusdemque Christi sacerdotii cum Episcopis consortes » esse, sed etiam eosdem participare *in eadem missione*; aliis vero placuit ut verba remaneant, uti proposita sunt, quia ordinatio sacerdotalis implicat missionem, cuius est fundamentum.

2) De sententia unius Consultoris, nimis generalis videri potest affirmatio, vi cuius presbyteri sunt cooperatores Ordinis episcopalis: non dependent ab omnibus Episcopis, sed a proprio Episcopo; aliis, contra, placuit, ut verba, quae *generalem* continent affirmationem, quaeque in Const. « Lumen gentium » aliis-

que documentis Concilii habentur, serventur. In § 2 additio admissa est.

Ab omnibus probatus est textus huius § 1.

§ 2. In hac § 2, affirmatur presbyteros, in exercenda sua potestate, pendere a *suis* Episcopis: ita soluta est difficultas mota ad § 1.

Probatus est textus § 2 ab omnibus.

§ 3. Ab omnibus etiam Consultoribus probatus est textus huius § 3.

#### *Canon 49*

Textus huius canonis innititur Const. « Lumen gentium », n. 29. Ab omnibus hic textus adprobatus est.

## CAPUT II

### De Ecclesiae Muneribus

*Generalia praescripta* quaedam imprimis habentur de muneribus a Christo Ecclesiae Suae concreditis, et de fine horum munerum. Generale etiam praescriptum datur de S. Liturgia, in qua praesertim munus sanctificationis, quod inter munera eminent, explet Ecclesia. Generalia deinde praescripta enuntiantur de iis quibus exercitium horum munerum commissum est, de parte nempe quam in eorum exercitio habent Episcopi, presbyteri et diaconi, et tandem etiam alii christifideles (cann. 50-52). Hi canones generalem constituunt introductionem ad hoc Caput II.

Tres paragraphi deinde habentur, in quibus successive fundamentalia praescripta traduntur de Ecclesiae munere docendi (§ 1), de Ecclesiae munere sanctificandi (§ 2) et de Ecclesiae munere regendi (§ 3).

(GENERALIA PRAESCRIPTA DE MUNERIBUS IN GENERE).

#### *Canon 50*

De missione Ecclesiae agitur, et de muneribus cum hac missione cohaerentibus, secundum doctrinam Concilii Vaticani II.

Notatum est ab aliquo Consultore dicta huius canonis iam haberi in Prooemio. De sententia tamen Consultorum, textus, uti in hoc canone enuntiatur, servari debet, etiam sub respectu oecumenico.

Probatum est canon ab omnibus.

#### *Canon 51*

Enuntiantur:

- a) munus sanctificationis inter munera eminere;
- b) hoc munus praesertim exerceri ab Ecclesia in S. Liturgia, in qua etiam ministerium verbi adimplet.

Secundum aliquem Consultorem, etiam munus regale ad Liturgiam pertinet. Cui responsum sequens datum est: munus docendi seu ministerium verbi ordinatur ad totam vitam christianam, ergo ad cultum; duobus muneribus, munere docendi

et sanctificandi, efformatur Ecclesia, et inde originem habet munus regendi; hoc autem munus regendi non adimpletur in S. Liturgia.

Ab aliquo Consultore petitum est ut affirmetur *legitimam* requiri celebrationem Liturgiae. Aliis autem placuit textus, in quo quidem quaestio est de Liturgia ab Ecclesia celebrata.

#### Canon 52

Generales enuntiationes hic habentur, in quibus agitur de parte quam in exercitio munerum habent Episcopi (§ 1), presbyteri et diaconi (§ 2) et alii christifideles (§ 3).

§ 1. Ab omnibus probatus est textus.

§ 2. Quaestio posita est utrum servanda sint verba « *Episcopis et presbyteris*, in his muneribus... ». De omnium sententia, servantur, quia secus concludi potest quod diaconi solis presbyteris inserviunt.

§ 3. Etiam haec generalis affirmatio de parte quam habent christifideles ab omnibus probata est.

#### Articulus 1

##### DE ECCLESIAE MUNERE DOCENDI

#### Canon 53

§ 1. Obiectum muneris docendi in genere definitur, iuxta doctrinam Concilii Vaticani II.

De sententia unius Consultoris, affirmandum est etiam Ecclesiae competere principia ordinis moralis exponere, quae ex ipsa natura humana profluunt. Aliis non placet ut additio fiat textui proposito, qui desumptus est ex Const. « Lumen gentium », n. 25, eo vel magis quod dici potest totam legem moralem naturalem in Decalogo contineri.

Probatus est textus ab omnibus.

§ 2. Affirmatio officii et iuris Ecclesiae omnes gentes docendi, ab omnibus approbata est.

§ 3. Textus huius § 3 ab omnibus etiam probatus est.

#### Canon 54

In hoc canone principium enuntiatur, quo definitur quaeenam *fide divina et catholica* credenda sunt. Ab omnibus probatus est textus.

### Canon 55

De parte quam habet Dei Populus in fide credenda agitur.

A duobus Consultoribus quaesitum est ut praescriptum canonis 55 ponatur post canones 56 et 57, quia prius de parte auctoritatis agendum est, et quia nulla datur infallibilitas nisi sub ductu Magisterii. Aliis vero non placuit talis inversio canonum, quia in Const. « Lumen gentium » etiam, de parte Populi Dei prius mentio fit (n. 12), et quia Populus Dei sumendus est in sua totalitate, uti complectens Episcopos et alios christifideles; Spiritus Sanctus illuminat totum Populum Dei, sed munus vigilantiae habet Magisterium.

Remansit ergo ordo canonum, uti erat propositus, dum postea, ubi de annuntiatione doctrinae agitur, primo loco mentio fit de Episcopis.

Post disceptationem, admissum est ut, certitudinis doctrinae causa, textus Const. « Lumen gentium », n. 12, uti est, in variis paragraphis huius canonis recipiatur.

Canon ita compositus ab omnibus probatus est.

### Canon 56

In hoc canone agitur *de infallibili magisterio*, secundum doctrinam Const. « Lumen gentium », n. 25.

§ 1. Probatus est ab omnibus textus huius § 1.

§ 2. Ad textum huius § 2, ab uno Consultore propositum est ut addantur verba « quando... doctrinam de fide vel de moribus ut tenendam *et moribus applicandam* definiunt ». Haec autem additio aliis non placuit, quia canon de credendis agit. Probata est § 2 huius canonis ab omnibus, uno excepto, propter non admissam additionem.

§ 3. Etiam § 3 ab omnibus probata est.

### Canon 57

Postquam de Magisterio infallibili quaestio fuit, nunc traditur norma de obsequio debito doctrinae quam Summus Pontifex aut Episcoporum Collegium enuntiant, cum magisterium authenticum exercent.

Ab uno Consultore propositum est ut delerentur verba quae habebantur in textu prius proposito « ... cum authenticum, *licet non infallibile*, Magisterium exercent ». Alii, consentientes ut illa verba tollantur, aestimarunt differentiam inter Magisterium infallibile et Magisterium authenticum clare manifestandam esse.

Textus huius canonis ab omnibus probatus est.

### Canon 58

In hoc canone agitur de Magisterio authentico Episcoporum, qui sunt in communionem cum Collegii Capite et membris.

In schemate prius proposito, textus huius canonis erat in paragrapho altera canonis praecedentis. Magis placuit Consultoribus ut textus hic in canone separato enuntiaretur.

### Canon 59

In hoc canone de praedicatione seu de annuntiatione doctrinae traduntur praescripta: imprimis de Summo Pontifice et de Episcopis agitur.

Praescripta huius canonis omnibus placuerunt et ab omnibus probata sunt.

### Canon 60

In hoc canone de obligatione et parte quam habent presbyteri, et etiam diaconi, agitur (§ 1); insuper determinatur etiam alios christifideles partes in doctrinae traditione habere posse, si ab Episcopo ad hoc deputantur (§ 2).

Probatus est textus canonis ab omnibus.

### Canon 61

In hoc canone affirmatur:

1° omnibus christifidelibus officium esse adlaborandi ut nuntius evangelicus diffundatur;

2° eos vero, ut ministerium verbi *nomine Ecclesiae* exercent, indigere *missione canonica*. Missio haec canonica requiritur ut quis nomine Ecclesiae hoc ministerium adimpleat, quia privata actione fideles verbum Dei, doctrinam christianam, tradere possunt, quin hanc missionem habeant: ita parentes qui educationem tradunt filiis.

Textus canonis ab omnibus probatus est.

## Articulus 2

### DE ECCLESIA MUNERE SANCTIFICANDI

#### 1: (OBJECTUM HUIUS MUNERIS, MEDIA SANCTIFICANDI IN GENERE, ET MINISTRI).

##### *Canon 62*

In hoc canone *obiectum* muneris sanctificationis breviter definitur, et simul indicantur *in genere media* quibus Ecclesia hoc munus adimplet.

De sententia unius Consultoris, affirmandum esset quod Ecclesia hoc munus adimplet « *publica* oratione... ». Aliis vero placuit textus canonis, quia agitur de oratione quae fit ab ipsa Ecclesia, quae quidem publica est.

Probatum est canon ab omnibus, uno excepto, propter non additum verbum « *publica* oratione ».

##### *Canon 63*

Hic canon, in ordine, ad sanctificationem, affirmat magnum momentum sacramentorum, et horum centrum affirmat Sanctissimam Eucharistiam. Inter omnia media, praestantiorum locum obtinet.

Canon ab omnibus probatus est.

##### *Canon 64*

In hoc canone indicatur quinam sint ministri in Ecclesia deputati, ut munus sanctificationis exercent. Sane, de ministris trium munerum iam agitur in can. 52; nunc autem de exercitio potestatis Ordinis *in specie* agitur, et utilis visa est haec specificatio.

Canon ab omnibus probatus est.

#### 2. (DE MEDIIS SANCTIFICATIONIS IN SPECIE).

##### a) (*De singulis sacramentis*).

##### *Canon 65*

*De SS. Eucharistia*, utpote augustissimo sacramento, imprimis agitur, et determinantur eius momentum pro vita christiana, et magis in specie partes quas in ea ministranda habent sacerdotes ac diaconi et partes quas habent ipsi christifideles.

§ 1. Textus huius § 1 ab omnibus probatus est.

§ 2. Huius § 2 textus, prius propositus, erat: « Eucharisticum celebrare Sacrificium opus est sacerdotum; qui suum munus etc. ... ». Instante uno Consultore, mentio specialis fit de Episcopo, qui quidem praecipuus est celebrans huius Sacrificii. Ideo mutatus est textus, ita ut sit: « Eucharisticum celebrare Sacrificium, *dirigente quidem Episcopo qui communitati praeest*, opus est sacerdotum; qui suum munus etc. ... ». Ita mutatus, textus § 2 probatus est ab omnibus.

§ 3. Partes, quas diaconi habent determinantur: probatus est textus ab omnibus.

§ 4. Item probatus est textus huius § 4, in qua determinatur pars quam ipsi christifideles habent.

#### Canon 66

*De baptismatis momento, deque eius ministris praescripta traduntur.*

§ 1. In textu huius § 1, instante uno Consultore, addita sunt verba: « Per ipsum enim homines, *accipiendo Spiritum Sanctum, filii...* ». Ita emendatus, probatus est textus ab omnibus.

§ 2. De ministro baptismatis in hac § 2 agitur.

De sententia trium Consultorum addi deberent verba quaedam, ita ut textus esset: « Baptismum valide *credentibus* confert quilibet homo, *intendens agere quod Christus instituit...* ». Aliis non placuit ut adderetur verbum « *credentibus* », quia valide baptizantur infantes, qui non credunt, et quia praesertim in hoc canone de solo ministro agitur, non de subiecto baptismatis.

Probatus est textus ab omnibus, duobus Consultoribus exceptis, qui aestimarunt de infantium baptismo quaedam esse dicenda.

#### Canon 67

*De sacramento confirmationis determinantur momentum et effectus, et deinde quinam sint ministri.*

Probatus est canon ab omnibus, uno excepto, ad cuius mentem praescriptum § 2 deleri potest, propter ius Orientalium, in quo commissio facultatis confirmandi a iure facta, non intelligitur.

#### Canon 68

*De sacramento poenitentiae in hoc canone agitur, et textus probatus est ab omnibus Consultoribus.*

### Canon 69

*De unctione infirmorum* in hoc canone agitur.

Textus prius propositus erat: « Sacra infirmorum unctione atque oratione, quam nomine Ecclesiae fundunt *sacerdotes*, huius Sacramenti ministri... »: ita affirmatum erat etiam Episcopos esse ministros huius Sacramenti. Attamen, ratione Sacrae Scripturae, in qua de presbyteris sermo fit, admissum est ut textus sit « ... fundunt *presbyteri*, huius Sacramenti... ».

### Canon 70

*De sacramento ordinis* in hoc canone dantur praescripta.

§ 1. 1) Ab uno Consultore propositum est ut textus sit: « Sacramento Ordinis..., Christi ministri *perenniter* instituuntur... » (Conc. Trid. Sess. 23, cap. IV, can. 4). Alii non placuit mentio de perennitate in hoc loco, quia sese refert ad ordinationem qua talem. Hanc ob rationem, ab omnibus admissum est ut sit textus: « Sacramento Ordinis inter fideles qui sunt insigniti, gratia Spiritus Sancti quam recipiunt et caractere *perenni* quo donantur, Christi sunt ministri... ». Ita compositus, textus omnibus placuit.

2) Alia etiam additio facta est, scilicet « ... Christi ministri instituuntur, participantes *secundum uniuscuiusque ordinationis gradum* auctoritatem... », ut ita affirmetur Ordinem diversos gradus habere.

§ 2. Textus huius canonis prius propositus, emendatus est additione verborum: « Episcopi, *utpote pontificatus apicem habentes*, sunt proprii... ».

Ita emendatus, textus huius § 2 etiam ab omnibus probatus est.

### Canon 71

*De sacramento matrimonii* praescripta in hoc canone habentur.

§ 1. Textus prius propositus erat: « Sacramento matrimonii coniuges christiani, mysterium unitatis et foecunditatis amoris Christum inter et Ecclesiam participantes, roborantur et veluti consecrantur ut, Spiritu Christi imbuti, se invicem etc. ... ».

Notatum est matrimonium christianum etiam *significare* mysterium unitatis inter Christum et Ecclesiam: ideo rogatum est a plerisque ut textus sit « Sacramento matrimonii... Christum inter et Ecclesiam *significantes et* participantes, Spiritu Christi roborantur et veluti... », dum ab uno Consultore propositum est

ut textus sit: « ... Christum inter et Ecclesiam *manifestantes...* ». Textus itaque huius § 1 probatus est ab omnibus, uno excepto.

§ 2. Textus huius § 2 prius propositus erat: « Sacramentum matrimonii recipiunt christiani *qui nuptias contrahunt, irrevocabili consensu...* ».

Cum obiectum matrimonii aptius definiatur alia formula, emendatus est textus, ita ut sit: « Sacramentum matrimonii recipiunt *baptizati qui communionem vitae coniugalis inter se instaurant, irrevocabili...* ».

Textus ita emendatus ab omnibus probatus est.

b) (*De aliis mediis sanctificationis: de orationibus, de cultu Sanctorum*).

#### Canon 72

§ 1. Probatus est textus huius § 1 ab omnibus.

§ 2. Etiam textus huius § 2 ab omnibus probatus est.

§ 3. Textus huius § 3, qui una cum textu § 2 habebatur in § 2, de sententia communi, in paragrapho speciali est enuntiandus, quia agitur de oratione publica, nomine Ecclesiae facta. Placuit textus § 3 omnibus, duobus exceptis, ad quorum mentem expressa mentio fieri deberet de religiosis orationem publicam persolventibus.

#### Canon 73

De cultu Sanctorum, uti medio sanctificationis, in hoc canone habentur praescripta: *a)* de cultu Sanctorum in genere; *b)* de cultu B. M. Virginis.

§ 1. Textus huius § 1 probatus est ab omnibus.

§ 2. Textui prius proposito addita sunt priora canonis verba: « *Perantiquam universalemque traditionem sequens, Ecclesia...* »: connexionem huius cultus cum antiqua traditione ita affirmare voluerunt Consultores.

Textus ita emendatus ab omnibus probatus est.

### Articulus 3

#### DE ECCLESIAE MUNERE REGENDI

Imprimis *generalia praescripta* habentur de obiecto huius muneris: ad huius muneris exercitium pertinent tres potestates, scilicet potestas *legislativa*, potestas *executiva* quam vocant, et potestas *iudicialis*. Praescriptum generale etiam habetur de iis

qui potestate regendi gaudent: sunt qui ut ministri gubernationis divinitus sunt constituti, et ii quibus praedicti ministri partem in exercendo hoc munere tribuunt, quibus ergo iure ecclesiastico participatio in hoc munere competit.

Deinde *in specie* agitur: *a)* de exercitio huius muneris *in universa Ecclesia*: quinam ministri sunt pro universa Ecclesia potestatis legislativae, potestatis executivae, et potestatis iudicialis; *b)* de exercitio huius muneris *in Ecclesiis particularibus*: quinam in eisdem illas potestates exercent.

Diversae quidem frunctiones unius potestatis in Ecclesia distingui debent, videlicet functiones legislativa, administrativa et iudicialis, atque apte definiatur oportet a quibusnam organis singulae functiones exercentur. Principium hoc admissum est in primo generali coetu Synodi Episcoporum. Praeterea, in omni Constitutione civili, distinguuntur illae regiminis functiones, et determinatur quibusnam organis earum exercitium competit.

#### 1. (PRAESCRIPTA GENERALIA DE MUNERE REGENDI).

##### *Canon 74*

§ 1. Praescriptum datur generale, vi cuius Ecclesiae, utpote societati in ordine spirituali supremae, competit tum potestas legislativa, tum potestas executiva, tum potestas iudicialis in hoc ordine spirituali.

Probatus est textus ab omnibus.

§ 2. Generale in hac § 2 datur praescriptum de iis quibus hoc munus regendi competit: competit eis qui lege divina ad hoc munus exercendum constituti sunt, et eis qui iure ecclesiastico in eodem munere exercendo partem habent.

Probatus est textus huius § 2 ab omnibus.

#### 2. (DE MUNERE REGENDI QUOAD UNIVERSAM ECCLESIAM).

##### *Canon 75*

In textu prius proposito praescriptum enuntiatum erat hoc modo: « In universa Ecclesia, plena et suprema potestate ad Populum Dei regendum ex divina institutione pollent *Episcoporum Collegium atque eiusdem Collegii Caput, Summus Pontifex*, ad normam canonum 33, 38 et 39 ».

De sententia plurium Consultorum, scilicet 6, prius mentio fieri debet de Summo Pontifice, deinde de Collegio Episcoporum. Aliis vero 3 Consultoribus magis placuit textus uti propone-

batur, quia Collegium Episcoporum comprehendit Caput, scilicet Summum Pontificem, et quia spiritui oecumenico magis congruit: substantia quidem eadem est, modus dicendi tantum differt.

Suffragio facto, probatus est textus, in quo primo loco mentio fit de Summo Pontifice, a 6 Consultoribus, aliis 3 contrariis.

#### Canon 76

Agitur in hoc canone de potestate legislativa, quam habent qui munus regendi adimplent.

Generalis facta est animadversio ab aliquo Consultore, scilicet munus regendi non absolvi actione legislativa, exsecutiva et iudiciali, sed comprehendere varios actus qui nomine Christi, Boni Pastoris, poni possunt ad Populum dirigendum. Aliis vero visum est de potestate legislativa, exsecutiva et iudiciali in specie mentionem esse faciendam, uti in canonibus propositis fit.

§ 1. Agitur in hac § 1 de legibus a suprema Ecclesiae auctoritate, scilicet a Summo Pontifice aut ab Episcoporum Collegio, latis et de earum obligatione.

Textus huius § 1 probatus est ab omnibus, uno excepto, qui a suffragio ferendo abstinuit.

§ 2. In hac § 2 de obligatione agitur consuetudinum, quae ab auctoritate approbatae sunt ad normam sacrorum canonum. Ita in §§ 1 et 2 duplex fons iuris in Ecclesia indicatur.

Textus huius § 2 ab omnibus probatus est.

§ 3. De sententia Consultorum plerorumque, non sufficit ut in genere tantum affirmetur participationem in potestate legislativa a suprema auctoritate committi posse certis inferioribus ministris aut certis institutionibus, sed mentio facienda est *de Synodo Episcoporum*, quia Synodus est institutio peculiaris, cuius momentum magnum est in Ecclesia. Ideo admissum est ut addantur huic § 3 verba de Synodo Episcoporum, quae in textu nunc proposito habentur.

Textus ita emendatus ad omnibus probatus est.

#### Canon 77

De potestate exsecutiva agitur quae exercetur quoad universam Ecclesiam.

§ 1. Textui prius proposito addita sunt verba « ... providens ut, *salvis legibus consuetudinibusque probatis*, edantur etc. », ut affirmetur actus administrationis secundum leges esse ponendos.

Textus huius § 1 ab omnibus probatus est, uno excepto qui a suffragio ferendo abstinuit.

§ 2. Etiam textus huius § 2 ab omnibus probatus est: affirmat potestatem executivam exerceri per Dicasteria et Instituta, quae iuxta temporis exigentias constituuntur.

#### Canon 78

De potestate iudiciali praescripta fundamentalia in hoc canone habentur.

§ 1. In textu prius proposito mentio fiebat de competentia Ecclesiae ad dirimendas causas contentiosas quae *res spirituales et spiritualibus connexas* respiciunt. De iudicio plerorumque Consultorum, illa determinatio de rebus spiritualibus et cum spiritualibus connexis non est facienda, quia etiam de certis causis res temporales respicientibus competentiam habere potest Ecclesia.

De sententia unius Consultoris affirmari non debet personas iuridicas esse *agnitas*; aliis vero placuit textus emendatus.

Probatus est textus huius § 1 ab omnibus Consultoribus, uno contradicente, et uno a suffragio ferendo se abstinente.

§ 2. Alicui Consultori magis placeret formula « Prima Sedes a nemine iudicatur », quae est traditionalis; aliis vero visum est servandam esse formulam in § 2 propositam, quia immunitas enuntiata solum Summum Pontificem respicit.

Textus huius § 2 ab omnibus probatus est.

§ 3. In hac § 3 quaestio est de iure Summi Pontificis sibi reservandi et ad se advocandi causas. Ab omnibus probatus est textus huius § 3, uno excepto.

§ 4. Ius affirmatur cuiuslibet fidelis ut causam cognoscendam ad Sanctam Sedem deferat. Quaesitum est utrum talis affirmatio non sit contraria principio subsidiarietatis; contraria autem huic principio non est, quia hoc ius, quod semper admissum est, exerceri tantum potest ad normam sacrorum canonum, uti in textu affirmatur.

Textus § 4 ab omnibus probatus est.

### 3. (DE MUNERE REGENDI QUOAD ECCLESIAS PARTICULARES).

#### Canon 79

§ 1. Hoc praescripto affirmatur in Ecclesiis particularibus munus regendi competere Episcopis dioecesanis, qua propriis pastoribus. Determinatur etiam Episcopos dioecesanos hoc munus exercere sive singulos, sive aliquando plures coniunctim, scilicet in Synodis patriarchalibus aut in Conciliis particularibus vel Episcoporum Conferentiis.

Ab omnibus probatus est textus huius § 1.

§ 2. Petentibus aliquibus Consultoribus, addita est haec § 2, in qua affirmatur specialem competere posse potestatem Patriarchis atque Metropolitanis.

Ab omnibus probata est § 2.

#### Canon 80

In hoc canone magis in specie definitur potestas quam Episcopi dioecesani in Ecclesia particulari possident.

§ 1. Principium generale affirmatur: omnibus Consultoribus placuit textus, qui probatus est.

§ 2. Magis in specie determinatur eius potestas legislativa, executiva et iudicialis in Ecclesia ipsi commissa, et in genere definitur modus quo has potestates exercet.

Ab omnibus probatus est textus § 2.

§ 3. Textus huius § 3, quo definitur potestas Episcopi dioecesani dispensandi in legibus disciplinaribus, tam *universalibus* quam *particularibus a suprema Ecclesiae auctoritate latis* pro suo territorio, ab omnibus probatus est. Praescripto huius § 3 extenditur norma Decreti « Christus Dominus », n. 8, b), quae magis determinatur Motu Proprio « De Episcoporum muneribus », 15 iunii 1966 (*A.A.S.* 58 [1966], pp. 467-472) et Motu Proprio, pro Ecclesiis Orientalibus dato, « Episcopaliter potestatis », 2 maii 1967 (*A.A.S.* 59 [1967], pp. 385-390). Decreto « Christus Dominus », ita determinato, confertur Episcopis dioecesanis facultas in legibus Ecclesiae universalibus dispensandi, certis sub conditionibus. Hoc canone 80, § 3 Legis Fundamentaliter, extenditur haec facultas, ita ut etiam Episcopis dioecesanis competat facultas dispensandi, certis sub conditionibus, in legibus particularibus quas Suprema Ecclesiae auctoritas pro territorio illo tulerit. Ratio enim ob quam haec facultas ipsis concedenda est, eadem est in utroque casu. Ab omnibus probata est haec § 3.

#### Canon 81

Potentibus plerisque Consultoribus, additus est hic canon 81, in quo generalibus verbis definitur etiam presbyteros partem habere, a canonibus determinandam, in regimine praesertim Ecclesiae particularis cui incardinati vel addicti sunt; in hoc regimine etiam cooperatores sunt Episcopi, quocum unum constituunt presbyterium.

Rogante aliquo Consultore, etiam de parte quam diaconi

habere possunt, in hoc canone mentio fit: diaconi ad servitium vocari possunt, etiam in regimine procurando, sed semper secundum canonum praescripta.

Probatum est textum ab omnibus.

#### *Canon 82*

Ad petitionem aliquorum Consultorum, etiam pars determinatur quam habere possunt ipsi christifideles laici, in munere regendi exercendo. Cum enim et ipsi *suo modo* partem habeant in universa missione Ecclesiae concredita, *generali praescripto* definiri debet quo modo partem habere possint in munere regendi, uti etiam definita est pars quam habent in exercendis muneribus docendi et sanctificandi (can. 60-61; 65, § 4; 66, § 2; 71; 72).

Praescriptum huius canonis ab omnibus probatum est.

### CAPUT III

## De Ecclesia et Hominum Consortione

Prae oculis habendum est Legem Ecclesiae Fundamentalem esse *legem Ecclesiae*, in qua definiuntur prae aliis obligationes et iura Ecclesiae ipsius, ideoque et christifidelium, quippe qui constituent Ecclesiam et sint Ecclesia. In hac Lege Fundamentali ipsius Ecclesiae itaque definiri non possunt obligationes quas habet ipsa Societas civilis erga Ecclesiam vel erga fidelium communitatem: doctrinae quidem est eas definire non autem *legis Ecclesiae* est determinare obligationes Societatis civilis. Ideo relationes Ecclesiae erga hominum consortionem considerantur ex parte Ecclesiae ipsius, ad quam praescripta huius Legis Fundamentalibus sese referunt.

#### *Canon 83*

§ 1. Affirmatur Ecclesiam, utpote his in terris existentem, necessario necessitudines habere cum ceteris hominum consortiis, quibuscum terrenam experitur sortem.

§ 2. Enuntiatur obligatio christifidelium observandi principia quae ab Ecclesia proponuntur in aestimandis et ordinandis relationibus inter Ecclesiam et hominum consortia fines temporales persequentia.

Textus ab omnibus probatus est.

#### *Canon 84*

Generalia principia de relatione inter Ecclesiam et consortia temporalia enuntiantur in hoc canone.

§ 1. Enuntiatur principium, doctrina Concilii Vaticani II et declaratione Pauli Pp. VI innixum, vi cuius Ecclesia missionem habet propriam ordinis religiosi, non autem ordinis politici, oeconomici vel socialis.

§ 2. Affirmatur Ecclesiam recognoscere autonomiam temporalium rerum societatumque ordinis temporalis, salvis quidem inalienabilibus personae humanae iuribus.

Paragraphus 1 ab omnibus probata est, uno excepto, qui aestimat locutionem « Regnum Christi et Dei » non esse theo-

logice bonam; aliis vero Consultoribus placuit haec locutio, qua etiam utitur Concilium Vaticanum II (cf. Const. « Lumen gentium », n. 5).

Paragraphus 2 ab omnibus probata est.

#### *Canon 85*

Generalibus verbis, innixis doctrina Const. « Gaudium et spes » itemque Litt. Enc. « Immortale Dei », Leonis XIII, 1 nov. 1885, necnon doctrina Pii XII, in allocutione d. 6 dec. 1953 data, determinantur relationes inter Ecclesiam et Societates politicas:

1) Ambae societates sunt in suo genere supremae, et ideo in suo campo sunt independentes et autonomae.

2) Quia eorundem hominum vocationi inserviunt, sanam inter se cooperationem colant, quantum id adiuncta suadeant.

Probatus est textus huius canonis ab omnibus.

#### *Canon 86*

Affirmatur Ecclesiam *positive* conferre ad bonum universae familiae humanae et ad incrementum societatum, scilicet doctrina sua et testimonio a christifidelibus exhibito (§ 1).

Affirmatur deinde, Ecclesiam ad nullam culturae humanae formam, ad nullum politicum systema alligari, et ideo eam esse ligamen inter diversas communitates et nationes, dummodo ipsi libertas ad suam missionem adimplendam agnoscat.

Ita positiva pars, qua Ecclesia confert ad bonum totius communitatis humane, enuntiatur.

Probatus est canon ab omnibus.

#### *Canon 87*

Enuntiatur Ecclesiam vindicare *pro omnibus hominibus* libertatem religiosam, ita ut omnes, tum singuli tum consociati, ab omni coactione ex parte societatis politicae immunes esse debeant, ut vitam religiosam secundum suam conscientiam vivant (§ 1).

Tanquam conclusio § 1, enuntiatur Ecclesiam *pro omnibus Ecclesiis et communitatibus ecclesialibus et pro communitatibus religiosis* vindicare ius, ne impediatur a fide sua etiam publice docenda et testanda. Affirmatur etiam Ecclesiam magni aestimare ea quae diversae communitates ecclesiales et communitates religiosas ad bonum universae familiae humanae conferunt (§ 2).

§ 1. Notatum est iam in can. 5 huius Legis Fundamentalibus

libertatem religiosam agnosci; placuit tamen ut in hoc Capite III affirmetur Ecclesiam eandem libertatem vindicare, ut immunitatem *ab omni coactione ex parte societatis civilis*. Sub respectu igitur relationis cum societatibus civilibus enuntiatur idem principium.

Ab omnibus probatus est textus.

§ 2. Libertas vindicatur pro omnibus Ecclesiis vel communitatibus ecclesialibus et ceteris communitatibus religiosis. Post disceptationem aliquam, concordarunt omnes ut adhibeatur locutio « Ecclesiae vel communitates ecclesiales » loco locutionis « Ecclesiae christianae », quae aliquibus non placuit. Locutione « Ecclesiae et communitates ecclesiales » utitur Concilium Vaticanum II, in Decreto « Unitatis redintegratio », n. 19, ad quem refertur in nota ad hunc canonem.

Ab omnibus probatus est textus.

#### *Canon 88*

Post generalem affirmationem, vi cuius libertas religiosa pro omnibus vindicatur hominibus et communitatibus religiosis (can. 87), in hoc canone enuntiatur Ecclesiam eandem libertatem *etiam pro seipsa* vindicare, libertatem scilicet ut ipsa possit *suam missionem* implere independentem a quacumque humana potestate.

Probatus est canon ab omnibus.

#### *Canon 89*

Post affirmatam libertatem Ecclesiae in missione sua adimplenda, in canonibus qui sequuntur determinantur *libertates in specie*, quae Ecclesiae agnosci debent, et quas sibi vindicat, ut munera sua implere valeat, scilicet ut munus suum docendi (cann. 89-91), munus suum sanctificandi (can. 92) et munus suum regendi (can. 93) explere possit.

In hoc canone enuntiatur libertas, quam Ecclesia sibi vindicat, ut verbum Dei omni creaturae annuntiet (§ 1), et ut socialem doctrinam suam etiam praedicet iudiciumque ferat de omnibus rebus humanis, quando iura fundamentalia personae humanae aut animarum salus id exigant (§ 2).

§ 1. Notatum est principium, vi cuius Ecclesiae ius est evangelicam doctrinam annuntiandi omnibus hominibus, iam affirmari in can. 53, § 2. Placuit tamen omnibus ut libertas praedicandi verbum Dei affirmetur *per respectum etiam ad humanas potestates* quascumque, quia in hoc Capite III affirmari debent omnia quae relationem Ecclesiae cum humanis consortiis respiciunt: ideo

incipit canon 89, § 1, verbis « Coram quavis humana potestate ... ».

Probatus est textus huius § 1 ab omnibus.

§ 2. Haec etiam § 2 ab omnibus probata est.

#### Canon 90

In hoc canone, in quo etiam praecipue de Ecclesiae munere docendi agitur, per respectum ad humana consortia, affirmatur ius Ecclesiae curandi institutionem religiosam et moralem itemque ius erigendi scholas et alia educationis instituta, quibus parentes in educandis filiis adiuvari possunt.

Textus huius canonis, in schemate prius proposito erat § 3 canonis 89, sed aestimarunt Consultores in canone speciali hoc ius affirmandum esse.

Textus huius canonis ab omnibus probatus est.

#### Canon 91

De sententia Consultorum, etiam ius Ecclesiae utendi communicationis mediis, quae hodie praesto sunt, ad doctrinam suam annuntiandam, affirmandum est. Ideo propositus est hic canon 91.

Probatus est textus ab omnibus.

#### Canon 92

In hoc canone agitur de libertate qua homines christiani gaudent coram Societate civili, ut secundum praescripta Ecclesiae vivant et ab eadem recipiant salutis media; affirmatur itaque ius Ecclesiae *ad munus sanctificationis* explendum.

Probatus est canon ab omnibus.

#### Canon 93

In hoc canone affirmatur libertas qua gaudere debet Ecclesia, et quam sibi vindicat, ut curet regimen spirituale fidelium, libertas scilicet etiam *in munere regendi* exercendo.

§ 1. Tria in hac § 1 enuntiantur:

1) Ius Ecclesiae regimen spirituale fidelium libere curandi et eiusdem ius, secundum leges divinas, ecclesiasticae societatis constitutionem ordinandi.

2) Ius auctoritatis ecclesiasticae competentis ad nominandos, instituendos et transferendos Episcopos ceterosque Ecclesiae ministros.

3) Ius auctoritatum ecclesiasticarum libere inter se et cum fidelibus communicandi.

Haec iura agnosci debent Ecclesiae, quia est societas in suo ordine suprema et ideo independens, ut supra iam enuntiatum est (can. 85, § 1).

Ad 2), proposuit unus Consultor ut affirmetur simpliciter ius ecclesiasticae auctoritatis ad nominandos ministros esse « proprium, peculiare et *per se exclusivum* » quia textus ita habetur in Decreto « Christus Dominus », n. 20, et quia ratio habenda est conventionum quae ab Ecclesia, si adiuncta id suadeant, cum Societate civili iniri possunt.

Textus huius § 1 ab omnibus probatus est, uno excepto, propter servata verba « per se ».

§ 2. In hac § 2 affirmatur ius exclusivum Ecclesiae, societatis quidem supremae, ad instituendos ministros Ecclesiae.

Textus huius § 2 ab omnibus probatus est.

§ 3. In hac § 3 affirmatur ius Ecclesiae proprium ad opera caritatis et misericordiae erga egenos et infirmos erigenda.

Textus huius § 3 ab omnibus probatus est.

§ 4. Tandem affirmatur ius Ecclesiae nativum ad acquirenda, retinenda et administranda ea bona temporalia, quae ut fines sibi proprios persequi valeat requiruntur.

Ab omnibus etiam hic textus approbatus est.

#### Canon 94

Relationes in hoc canone definiuntur Ecclesiam inter et Societatem gentium, seu Societatem internationalem.

§ 1. Affirmatur Ecclesiam in societate gentium universali personam habere, seu personalitatem habere ordinis internationalis: ratio est, quia, non secus ac Societates civiles, in suo genere, i. e. spirituali, *habet et exercet* potestatem supremam (sovrana, souveraine).

§ 2. In hac § 2 affirmatur Ecclesiam illas tantum operas et actiones Societatis gentium participare, quae respiciunt causas quae missionis suae spiritualis intersunt aut quae ad pacem fovendam pertinent. Ecclesia enim, licet sit persona in Societate gentium, est persona indolis peculiaris, quia est suprema in ordine spirituali, dum aliae societates quae in eadem Societate gentium sunt personae, supremae sunt in ordine temporali.

Ab omnibus probatus est textus huius canonis, qui est ultimus Legis Ecclesiae Fundamentalibus, uti in schemate proponitur.

Romae, 20 septembris 1969.

W. ONCLIN, *Relator*



RELATIO  
SUPER SCHEMATE LEGIS ECCLESIAE FUNDAMENTALIS  
EMENDATO

Textus schematis Legis Ecclesiae Fundamental<sup>is</sup>, anno 1969 apparatus, — qui supra, una cum textu schematis emendato refertur, — subiectus est iudicio Em.morum Cardinalium qui membra sunt Commissionis Codicis Iuris Canonici recognoscendo, item theologis qui membra sunt Commissionis internationalis theologorum, necnon Consultoribus S. Congregationis pro doctrina fidei. Eorum plerique animadversiones scriptas, sive generales de schemate nempe in genere, sive particulares de singulis scilicet canonibus propositis, Secretariae Commissionis miserunt. Earundem animadversionum examen commissum est Coetui Consultorum speciali in Commissione Codici Iuris Canonici recognoscendo constituto ad schema Legis Ecclesiae Fundamental<sup>is</sup> apparandum. Quo hic Coetus Consultorum examen hoc aptius perficere valeret, Relator schematis relationem composuit, in qua omnes animadversiones prolatae observationesque factae, tum generales tum speciales ad singulos canones, ordinate expositae sunt. Hac relatione inspecta, Consultores dicti Coetus diebus 19-23 maii et 20-25 iulii 1970 in aula Commissionis conveniunt, ut de animadversionibus factis correctionibusque propositis disceptarent et textum schematis propositum apte recognoscerent. In iis conventibus partem quoque habuerunt quidam observatores ex parte communitatum ecclesialium plenam communionem cum Ecclesia Catholica non habentium.

Omnes quae ab Em.mis Cardinalibus atque theologis et Consultoribus factae sunt animadversiones quaeque propositae sunt emendationes diligenter a dicti Coetus Consultoribus perpensae sunt, nulla quidem earum neglecta. In iisdem perpendendis, id sedulo persecuti sunt Consultores ut textus schematis Legis Fundamental<sup>is</sup> quam maxime fini in eius confectione proposito respondeat.

Quod petitum est atque requiritur est ut imago Ecclesiae, eius nempe natura et structura quam distinctius determinentur,

ut omnibus appareat quidnam sit Ecclesia, quam structuram, uti divinitus definita est, praedita sit, atque quibusnam veritatibus fundamentalibus haec nitatur. Cum in praecipuis Ecclesiae structura divinitus definita sit necesse est ut Lex Fundamentalibus principia eandem naturam et structuram respicientia theologica enuntiet. Cum vero requiratur *lex* fundamentalis, qua quidem omnes aliae Ecclesiae leges innitantur oportet, indoli ordini iuridico propriae conveniat necesse est, ita ut vitanda sint quae ab hac indole sunt prorsus aliena.

Id etiam requiritur ut Ecclesiae leges plane accomodentur doctrinae atque decretis Concilii Vaticani II. Itaque assertiones et praescripta in canonibus Legis Fundamentalibus quae habentur, penitus conveniant oportet cum declarationibus et decretis quae a Concilio Vaticano II aliisque Conciliis oecumenicis prolata sunt. Hac ratione permultae assertiones quae in schemate Legis Fundamentalibus habentur, ab ipsis Constitutionibus et Decretis Concilii Vaticani II desumptae sunt. Hac item ratione, correctiones propositae quibus magis congruus redditur textus Legis Fundamentalibus textibus, immo vel menti Concilii, receptae sunt. Hac tandem quoque ratione, aliquae aliae emendationes propositae, textibus et menti Concilii minus congruentes, admissae non sunt.

In hac additicia relatione, imprimis de animadversionibus generalibus ad schema propositum factis agatur, ut deinde emendationes in singulis canonibus introductae declarentur.

#### I. ANIMADVERSIONES GENERALES AD SCHEMA PROPOSITAE

Plerisque Patribus Cardinalibus atque theologis, qui textum schematis Legis Ecclesiae Fundamentalibus examini subiicerunt, textus propositus in genere placet.

Est quidem cui non placet textus propositus, quia, prout aestimat, Lex Ecclesiae Fundamentalibus, non secus ac Magna Carta Angliae, Constitutio Statuum foederatorum Americae septentrionalis et Constitutio Australiae, documentum sollemne sit oportet, in quo enuntiantur iura fundamentalia omnium individuorum atque eorundem defensio ordinatur contra quancumque violationem ex parte eorum qui auctoritatem exercent; praeterea, ut censet, etiam cum maior sit numerus canonum in quibus agitur de Hierarchia quam numerus eorum qui tractant de presbyteris et de laicis, Lex Fundamentalibus non apparet ut Constitutio pro populo facta.

Eidem vero responderi debet omnem Constitutionem id prae-

sertim intendere ut definiatur societas de qua agitur eiusque structura determinetur. Constitutio v. g. U. S. A., non secus ac Constitutiones occidentales, praeprimis definiunt quodnam sit territorium societatis civilis de qua agitur, et determinant a quibusnam institutionibus seu organis exercentur munera publica et potestates publicae. Id eo verum est, quod in Constitutione U. S. A., iura fundamentalia civium non enuntiantur in ipsa Constitutione, sed in s. d. « Amendments of the Constitution », quae quidem una cum Constitutione eduntur, uti additiones. Lege Fundamentali Ecclesiae praebere debet imago Ecclesiae, ideoque determinari debet eiusdem natura, missio et structura propria. Sane definienda sunt iura fundamentalia omnium christifidelium. Nemo autem est qui non videt haec iura fundamentalia in textu proposito esse determinata. Attamen, Consultores in Coetu congregati, iterum conati sunt haec iura pressius definire.

Alii non placet textus propositus, quia una ex parte voce « Ecclesia », saepe indicatur sola Hierarchia, et quia alia ex parte Lege Fundamentali responsum praebere debet pluribus quaestionibus, uti sunt: quanam est natura legis ecclesiasticae et cur atque quosnam obligat? qua ratione differt Ecclesia, uti societas, a societatibus civilibus? Quomodo se habent ad invicem Papa et Episcoporum Collegium? Quomodo concretizantur munus sacerdotales et munus propheticum fidelium? Quanam sunt « iura conscientiae » in Ecclesia?

Respondet Coetus Consultorum: 1) Ecclesia definitur uti Populus Dei, in can. 1, atque postea haec vox semper in eodem sensu usurpatur; 2) quaestiones quae ponuntur, pleraeque saltem earum, non pertinent ad determinationem iuris: philosophiae iuris aut theologiae moralis est eisdem responsum dare; aliae vero iam nunc definitive solvi non possunt, quin habeatur assensus theologorum. Insuper aestimat Coetus solutionem earundem quaestionum non requiri, ut natura et structura Ecclesiae, uti a Christo instituta est, determinetur, secundum doctrinam praesertim Concilii Vaticani II.

Remanet autem quod schema Legis Ecclesiae Fundamentalibus placet aliis, quorum non pauci magnopere illud laudant.

Animadversiones ad schema propositum generales ad tria capita reduci possunt. Sunt enim quae titulum schematis, eiusdem elaborationem et valorem respiciunt, aliae ad ipsam materiam seu ad praescripta in genere pertinent, dum alia ad certos dicendi modos spectant.

1. DE TITULO SCHEMATIS DEQUE EIUS ELABORATIONE ET VALORE.

1. *Titulus « Lex Ecclesiae Fundamentalis »* aliquibus minus placet; qui exoptant ut titulus sit aut « Codex » aut « Canon » aut « Principia fundamentalia ». Ratio quae praesertim allegatur est, quia suprema Ecclesiae lex est caritas: hoc est maximum et primum mandatum.

R. Disceptatione facta inter Coetus Consultores, id admissum est: distinguere debet inter legem supremam, moralem quidem, quam Christus hominibus dedit, et legem positivam quae uti fundamentalis haberi potest in societate, quam Christus constituit. Certo certius, lex caritatis seu mandatum caritatis suprema est lex, supremum mandatum, quod Christus hominibus dedit. Id autem non impedit quominus in societate, quam Christus constituit, haberi possit lex aliqua, seu legum complexus, lex scilicet supra alias leges omnes elevata in ordine iuridico Ecclesiae, lex quae ideo merito fundamentalis in hoc ordine vocari potest. Sane, affirmari debet praeceptum caritatis esse supremum mandatum quod Christus dedit hominibus. Id autem affirmatur in ipsa Lege Fundamentalī, et quidem inde a can. 1, § 1, cum asseratur « quod iuris est ad aedificationem sui in caritate » ordinari, et cum in canone 1, § 2 declaretur quod Populi Dei « suprema lex est caritas ». Praeterea, supremum Christi mandatum esse caritatem proclamari debet in *Praefatione*, quacum Lex Fundamentalī Ecclesiae promulgabitur.

2. *Elaboratio* schematis, de alicuius sententia, omnibus manifesta esse debet: notus esse debet modus elaborationis, et in hac elaboratione partem habere debent christifideles ipsi, etiam laici. Insuper, de eiusdem sententia, requiritur ut commissio specialis schema consideret sub respectu oecumenico.

R. Compositio Coetus Consultorum Commissionis certo nota est. In Commissione, diversi Consultorum Coetus varia legislationis novae schemata apparant, ut modo concreto textus proponi possint iis quorum est iudicium ferre de hisce legibus introducendis. Textus autem huius schematis emendati subiicitur iudicio omnium Episcoporum, qui quidem, ut interpretes esse valeant portionis Populi Dei, cuius cura sibi commissa est, christifideles, presbyteros et laicos, debita quidem peritia gaudentes, audire possunt. Ad rationem oecumenismi quod attinet, sollicitudinem eius habent Consultores Coetus, in cuius conventibus praeterea par-

tem habuerunt tres theologi ad communitates ecclesiales ab Ecclesia Catholica seiunctas pertinentes.

3. *Indoles* Legis Fundamental<sup>is</sup>, uti proponitur, ad mentem duorum, nimis iuridica videtur. De eorundem sententia, lex Ecclesiae positiva ad sanctitatem invitare debet fideles, eorundem incepta suscitare debet, eorum charismata fovere et ordinare atque Civitatem coelestem iam his in terris adumbrare debet; insuper magis insistere debet in finem pastora<sup>lem</sup> legislationis canonicae.

R. Lex Fundamental<sup>is</sup>, uti proponitur, ad sanctitatem certo invitat fideles: in can. 11 affirmat omnes christifideles ad vitam sanctam ducendam vires conferre debere; in aliis etiam canonibus non paucis, eosdem ad vitae sanctitatem dirigit. Ad charismata quod attinet, affirmat canon 27 Ecclesiae ministros ita pasceri debere Dei Populum, ut, ministracionibus et charismatibus recognitis, cuncti ad commune opus, mandatum nempe caritatis implendum cooperentur. Talis affirmatio sufficere videtur, cum non videatur qua ratione charismata lege positiva ordinari valeant. Tandem ad finem magis pastora<sup>lem</sup> Legis quod spectat, hic finis magis attenditur in textu Prooemii recognito; insuper indoles pastora<sup>lis</sup>, potius quam affirmari debeat, ex ipsis praescriptis elucere debet.

4. *Valor* Legis Fundamental<sup>is</sup>, de sententia aliquorum, definiendus est: determinetur oportet Legem Fundamental<sup>em</sup> esse supra omnes alias leges ecclesiasticas elevatam.

R. Certo certius valor Legis Fundamental<sup>is</sup> determinandus est. Id autem attendi debet, quod, secus ac in societatibus civilibus, in Ecclesia, eadem est auctoritas suprema, cuius est leges universales ferre ordinarias et legem ferre fundamental<sup>em</sup>. Hoc vero non obstante, valor peculiaris Legis Fundamental<sup>is</sup>, maior scilicet valore aliarum legum, affirmetur determineturque oportet. Postea autem dirimendum est utrum talis determinatio fieri debeat in ipsa Lege Fundamental<sup>i</sup> aut in Praefatione, quae comitatur eiusdem promulgationem. Textus quidem iam propositus est, uti provisorius saltem, quo valor peculiaris Legis Fundamental<sup>is</sup> enuntiatur, ut sequitur: « Leges a suprema Ecclesiae auctoritate latae, ad normam praescriptorum Legis Fundamental<sup>is</sup> intelligendae sunt, nisi expresse contrarium statuatur, atque quae eisdem derogant stricte sunt interpretandae; leges vero a quacumque auctoritate ecclesiastica inferiore latae, quae praescriptis Legis Fundamental<sup>is</sup> sunt contrariae, omni vi carent ».

5. *Valor Legis Fundamental*is, de sententia duorum, minui videtur ex verbis haud raro in canonibus huius Legis additis: « ad normam sacrorum canonum ».

R. Verba « ad normam sacrorum canonum » minime afficiunt substantiam praescriptorum, quibus adduntur, sed tantummodo significant *modum* applicationis principii enuntiati determinari posse legibus ordinariis, sive universalibus sive particularibus; haud raro autem talis determinatio requiritur. Eadem ratione, principia constitutionalia in societatibus civilibus statuta pressius determinantur legibus ordinariis.

6. *Adaptatio et renovatio* praescriptorum Legis Fundamental<sup>is</sup> possibilis sit requiritur et huic possibilitati providendum est, uti aestimant aliqui: una ex parte haec Lex stabilis sit oportet, in iis quae sunt iuris divini, alia ex parte autem requiritur ut accomodari valeat novis conditionibus ecclesiologicis utque eidem derogari possit, saltem quoad praescripta quae sunt iuris ecclesiastici, non iuris divini.

R. Haud raro cum certitudine definiri potest quaenam praescripta sint iuris divini. Certum autem est praescripta quae sunt iuris mere ecclesiastici esse accomodationi obnoxia. Procedura autem sequenda in hac renovatione determinari non debet in Ecclesia, in qua quidem eadem est auctoritas suprema quae Legem Fundamentalem et quae leges ordinarias condit. Ipsa vero necessitas pro Ecclesia persequendi semper sui reformationem, qua fidelitatem erga suam vocationem semper augeat, affirmatur in textu Legis Fundamental<sup>is</sup> recognito, in novo scilicet praescripto, quod habetur in can. 2, § 4.

## 2. DE MATERIA SEU DE PRAESCRIPTIS SCHEMATIS IN GENERE.

1. Utrum *Ecclesiis Orientalibus* etiam conveniat textu propositus, est qui dubitat: textus propositus ipsi videtur redolere traditionem latinam.

R. Inter eos qui animadversiones proposuerunt, non desunt qui textum propositum laudant, quia convenit tum Ecclesiae Latinae tum Ecclesiis Orientalibus; quod etiam aestimant duo Patriarchae orientales. In recognitione tamen textus prae oculis habita est necessitas ut textus variis Ecclesiis conveniat.

2. *Textus Sacrae Scripturae*, de sententia duorum, sunt citandi in ipsa Lege Fundamentalī, et quidem theologicis oecumenicisque de causis.

R. Legentibus schema Legis Ecclesiae Fundamentalī propositum, statim apparet eiusdem indoles theologica et iuridica itemque apparet haud raro quasdam locutiones referre verba Sacrae Scripturae. Lex autem Fundamentalī, cum sit lex, praescripta omnino certa enuntiet oportet, in quibus distincte enuntiantur quae ad structuram Ecclesiae, ad christifidelium officia et iura pertinent. Ut admissum est a Synodo Episcoporum, in primo generali coetu, anno 1967 habito, legislatio nova Ecclesiae indolem iuridicam omnino retineat oportet, cum spiritu proprio. Disciplina autem iuridica, non secus ac aliae disciplinae, propriam habet terminologiam, et ideo in legibus, quae quidem omnino certae requiruntur, necesse est ut adhibeatur dicendi modus disciplinae iuridicae proprius.

3. *De pneumatologia* magis agendum est in Lege Fundamentalī, ut aliquis aestimat: Spiritus Sanctus uti continuo agens proponi debet, uti supremus auctor vocationum et donorum, quibus Ecclesia constituitur et sustentatur.

R. Pluries in priore textu proposito iam mentio fit de actione Spiritus Sancti, scilicet de Spiritu Sancto Ecclesiam constituyente atque eiusdem actione dirigente. Attamen, ut videri potest ex comparatis textu priore et textu recognito, frequentius de actione Spiritus Sancti in textu emendato mentio fit.

4. *Revelatio divina*, de alicuius sententia, proponi debet uti ultimum fundamentum Legis Fundamentalī et totius disciplinae ecclesiasticae; et referentia fieri debet ad Constitutionem « Dei Verbum ».

R. Ut affirmetur Legem Fundamentalem et omnem legem ecclesiasticam tanquam ultimum fundamentum habere Revelationem divinam, adduntur in Prooemio Legis Fundamentalī recognito verba quibus affirmatur institutionem Ecclesiae per *Evangelium revelatam* esse.

5. *Sollicitudo de oecumenismo* maior requiritur in Lege Fundamentalī, secundum aliquos.

R. Haec sollicitudo numquam defuit in componendo schemate Legis Fundamentalī. Id autem etiam prae oculis haberi debet quod in Lege Fundamentalī figura Ecclesiae, uti, attenta,

doctrina catholica, eam Christus voluit, proponi debet. Exoptant etiam fratres seiuncti, qui in labore recognitionis uti observatores partem habuerunt, ut imago tradatur Ecclesiae Catholicae, uti doctrina Ecclesiae determinata est. Sane, ad structuram Ecclesiae pertinet etiam eius unitas, sed Ecclesia etiam dynamicè concipienda est: tendere debet Ecclesia ad profundiores semper spiritualitatem et pleniores unitatem inter omnes. Id nunc affirmatur in textu recognito, nempe in can. 1, § 4. Insuper necessitas qua obstringitur Ecclesia sese semper reformandi, affirmatur in nova § 4, can. 2, in qua referentia fit ad Constitutionem « Lumen gentium », n. 8, atque ad Decretum « Unitatis redintegratio », n. 6.

6. *Collegialitas* magis in luce poni debet et magis determinari debet, secundum aliquos: clarior reddi debet haec notio, et insuper consideranda est collegialitas Episcoporum inter se in Episcoporum Conferentiis, collegialitas existens inter Episcopos et Presbyteros, immo vel collegialitas inter Pastores et ipsum Populum Dei.

R. Ad legem non videtur pertinere magis clarificare notionem collegialitatis. Insuper collegialitas, in sensu stricto, actus nempe Collegii, habetur tantum ubi agit ipsum Episcoporum Collegium. In Ecclesiis particularibus, inter Episcopum et Presbyteros non adest collegialitas in sensu stricto, sed potius corresponsabilitas, ita tamen ut responsabilitas omnium in presbyterio non sit eadem: Episcopus enim praees et decidere debet, cum ipse habeat potestatem. In sensu improprio tantum sermo fieri potest de collegialitate inter Pastores et Populum christianum. Ut clarior sit significatio notionis, melius usurpatur verbum in sensu proprio.

7. *Principium subsidiaritatis* in Lege Fundamentali affirmandum est, de alicuius sententia.

R. Non oportet ut enuntietur in Lege principium subsidiaritatis, quod quidem principium generale est ex ipsa notione societatis deductum, sed oportet ut in canonibus eluceat hoc principium revera applicari. Iamvero applicatur hoc principium, v. g. in can. 46, 80. Insuper affirmari potest Romano Pontifici competere praesertim munus servandi unitatem in fide et communione, et eiusdem principatu roborari potestatem propriam et ordinariam qua Episcopi in Ecclesias particulares gaudent. Haec ideo fit additio in can. 33, § 1.

8. *De Ecclesiis particularibus et etiam de peculiaribus* magis quaestio esse debet, de sententia aliquorum, scilicet etiam de Ecclesiis nationalibus et continentalibus, ad instar Patriarchatum.

R. In can. 2, § 1 affirmatur Ecclesiam esse etiam communionem Ecclesiarum particularium, et de Ecclesiis particularibus agitur ubicumque quaestio est de singulis Episcopis. Videtur, contra, quod Ecclesia proponi non possit ut complexus Ecclesiarum peculiarium, nationalium scilicet vel continentalium, quia Ecclesiae ritualiter distinctae, et praesertim Ecclesiae nationales vel continentales sunt coetus Ecclesiarum particularium.

9. *De iuribus religiosorum et etiam laicorum* magis tractandum est, de sententia alicuius, qui proponit ut in Lege Fundamentali, post Articulum de Sacra Hierarchia, addantur Articuli, in quibus agatur de iuribus fundamentalibus laicorum et de iuribus fundamentalibus religiosorum.

R. De omnium Consultorum sententia, admitti non potest talis propositio. Iura fundamentalia, quibus gaudent laici sunt praesertim iura quae competunt omnibus christifidelibus qua talibus: de iis autem agitur in canonibus 10-24. Quae ipsis competunt iura ratione eorum status laici, sicuti quae religiosi competunt iura ratione status religiosi, generalibus tantummodo verbis in Lege Fundamentali enuntiari possunt. Haec principia fundamentalia habentur in canonibus 28 et 29. Caetera praescripta quae statum religiosum vel statum laicalem respiciunt, in Codice Iuris Canonici sunt tradenda.

10. *Competentia Romani Pontificis* distinguenda est, secundum aliquos, ea qua pollet ut Caput Ecclesiae universae et ea qua pollet ut Patriarcha Ecclesiae Latinae.

R. In ipsa Lege Fundamentali agitur de competentia qua gaudet Romanus Pontifex in universa Ecclesia. De eiusdem competentia qua Patriarcha Ecclesiae Latinae non videtur tractandum esse in Lege Fundamentali, sed, quatenus determinanda sit, in Codice Iuris Canonici, qui pro sola Ecclesia Latina valet. Patriarchales adesse in Ecclesia universa Ecclesias, affirmatur in can. 2, § 2.

### 3. DE QUIBUSDAM VERBIS ATQUE DICENDI MODIS.

1. Voces « *Hierarchia* » et « *hierarchice* » hodie, de duorum sententia, melius non adhibentur: sapiunt potestatem sacralem et minus concordant cum indole ministeriali officii quod exercent in Ecclesia Pastores.

R. Verba haec, quae in documentis Concilii occurrunt, hodie ita sunt recepta, ut usualem habeant significationem, qua minime in mentem vocatur potestas sacralis et quae contraria non est indoli ministeriali officii Pastorum in Ecclesia.

2. Locutio *Summus Pontifex*, de sententia aliquorum, cum nimis redolet Pontificem maximum romanorum, melius derelinquitur, et eius loco adhiberi possunt modi dicendi *Episcopus romanus* aut *Episcopus Ecclesiae romanae*, cum additione forsitan *qua successor Petri*. Notat aliquis requiri ut relatio indicetur inter Pontificem romanum et Ecclesiam particularem romanam cui praeest, quia Papa non potest considerari abstractione facta a Sede romana.

R. Licet locutio « *Summus Pontifex* », sicut ceterum vox « *Episcopus* », originem ducat ab historia romana, in usu communi est recepta et minime in hoc usu redolet Pontificem maximum romanorum. In documentis Concilii Vaticani II, occurrunt diversae locutiones, quales sunt *Summus Pontifex*, *Romanus Pontifex*, *supremus Ecclesiae pastor*, *successor Petri*, etc. Quae locutiones ergo servari possunt omnes, licet saepius sermo fieri possit de successore Petri. In canone 33 Legis Fundamentalibus, dici potest quod *Summus Pontifex* est *Episcopus Ecclesiae romanae*, ut nexus inter hanc Sedem et supremum Ecclesiae pastorem manifestetur.

3. Locutio *Vicarius Christi* ex usu tollatur, de duorum sententia: est enim ambigua, cum Constitutio « *Lumen gentium* », n. 27, itemque haec Lex Fundamentalibus, can. 46, eadem utatur etiam pro *Episcopis*; insuper decursu saeculorum duos habuit sensus, scilicet sensum quasi repraesentationis sacramentalis, et sensum iuridicum auctoritatis vel potestatis ab aliquo pro tempore receptae.

R. Locutio haec semel habetur in documentis Concilii Vaticani II, et item semel adhiberi potest in Lege Fundamentalibus (can. 33); retineri potest, eo vel magis quod explicatio habetur: vi muneris sui *Vicarii Christi* et totius Ecclesiae pastoris. Est autem Papa, *Vicarius Christi*, per antonomasiam.

4. Locutio *Sancta Sedes* vitanda est, de unius sententia: hic modus dicendi, qui usui romano convenit, alibi non ita placet.

R. Rectius forsitan dici potest *Sedes Apostolica Romana*; quae vero locutio breviori forma fiet *Sedes Apostolica*; aliae autem sunt etiam Sedes apostolicae. Attamen haec expressio retineri potest, sicuti etiam locutio *Sancta Sedes*, et aliae, quae in documentis Concilii Vaticani II habentur et receptae sunt.

5. Locutiones *Sacri canones*, immo vel *Sacri ministri*, *ordo sacer*, *potestas sacra* melius tollerentur: cum prudentia voce « sacer » utendum est: ita aliqui.

R. Remaneant hae locutiones, quia revera in Ordinatione ministri recipiunt potestatem sacram; Concilium Vaticanum eisdem locutionibus utitur, et omnino sunt receptae.

6. *Vox sacerdotes* prudenter adhibeatur, de alicuius opinione: una ex parte in can. 1, § 2 affirmatur eos qui ad Populum Dei pertinent constitui sacerdotes, et alia ex parte in can. 48 asseritur Presbyteros esse veros sacerdotes.

R. Recipitur animadversio: in can. 2, § 2, rectius adhibetur modus dicendi ipsius Constitutionis « Lumen gentium », scilicet « Baptizati enim, per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrantur in domum spiritualem et sacerdotium sanctum... » (n. 10); sed Presbyteri dici debent veri sacerdotes, uti affirmatur in eadem Constitutione « Lumen gentium », n. 28.

7. *Vox christifideles*, ad mentem duorum, adhibetur quandoque pro omnibus baptizatis (can. 10-12), quandoque pro solis catholicis (can. 13 ss.).

R. Sensus non est diversus in canonibus citatis: christifideles sunt omnes baptizati; verumtamen baptizati possunt esse christifideles sensu pleno vel minus pleno, prouti sunt in plena communione vel non. Omnibus baptizatis per se sunt iura in Ecclesia.

## II. DECLARATIO EMENDATIONUM IN TEXTU RECOGNITO

### PROOEMIUM

1. In § 1 adduntur verba: « Aeternus Pater... ut homines a peccatis salvos faceret eosque per donum Spiritus Sancti iugiter sanctificaret et ad gloriam regni coelorum perduceret credentes... »:

ita etiam affirmatur finis eschatologicus missionis Christi, uti ab aliquibus petitum est.

In eadem § 1 supprimuntur unci ad verba « non ex carne, sed ex aqua et Spiritu Sancto », quae verba in Constitutione « Lumen gentium » habentur, sed non inter uncos posita; revera citatio Io. 3, 5-6 non est ad verbum facta, ideoque supprimendi sunt unci, uti ab aliquibus propositum est.

2. In § 3, priora verba complentur ut sequitur: « Hac innixa divina institutione *per Evangelium revelata*, missionem sibi a Christo commissam explet Ecclesia... ». Ita, iuxta petitum alicuius, affirmatur Evangelium esse fundamentum Ecclesiae atque legum quae eiusdem constitutionem regunt.

In § 3, etiam adduntur verba: « Hac innixa divina institutione... Ecclesia: eam etiam implet, legibus suis cum fidei unitatem tuetur constitutionemque sibi divinitus impositam incolumem servat ac tutatur, *atque christifidelium actiones dirigendo eos ad salutem consequendam adiuvat*; eam exsequitur... ». Ratio est, quia, iuxta petitum alicuius, distincte affirmari debet normas canonicas intendere, non quidem tantum tuitionem ordinis publici et necessariae unitatis communionis ecclesiasticae, sed hominum salutem. Eadem ceterum idea exprimitur in § 1 et 2 Prooemii.

Notari hic potest breviorum ab aliquo obiciente propositum esse textum Prooemii, in quo mentio non fit indolis « societatis », quae Ecclesiae his in terris propria est (cf. Constitutio « Lumen gentium », n. 8). Ratio autem propter quam Ecclesiae competit IUS condere est, quia est societas his in terris, ut Paulus Pp. VI affirmavit in Allocutione ad Praelatos Auditores et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae habita d. 29 ianuarii 1970, invocans etiam adagium: *Ubi societas, ibi ius* (A. A. S. 62 [1970], pp. 111-118). Certo Ecclesia est communio fidei, spei et caritatis seu communitas fidei, spei et caritatis, uti affirmatur in eadem Constitutione « Lumen gentium », n. 8, sed his in terris etiam est societas, et huius ratione ipsi competit habere ius sibi proprium.

## CAPUT I

### De Ecclesia seu de Populo Dei

#### Canon 1

(De Ecclesia natura, fine et structura)

1. In § 1, initio textus, additio fit quae sequitur: « *Corpus Christi quod est Ecclesia, est novus Dei Populus...* ». Ratio additionis est, quia, de sententia aliquorum, necessaria est mentio Ecclesiae, ut Corporis Christi mystici, cum haec imago ditior sit quam aliae omnes et aptius exprimit notionem mysterii Christi. Alii tamen contrarii sunt tali additioni, quia non feruntur leges pro Corpore mystico. In coetu Consultorum additio probata est ab omnibus, uno excepto.

In § 1 item, additio fit aliquorum verborum: «... divino et humano coalescit elemento, ea quidem lege ut quod in ea humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, *quod servitutis corruptionis creaturae ad perfectam in Spiritu Sancto libertatem filiorum Dei* (cf. *Rom.* 8, 21; 6, 18-22; 2 *Cor.* 3, 17; *Gal.* 6, 31; *Iac.* 1, 25), quod iuris... ». Ratio additionis est, quia ab aliquibus petatum est ut mentio fiat de lege perfecta libertatis, de qua scribunt S. Paulus et S. Iacobus. Omnibus Consultoribus consentientibus, additio haec admissa est, ita autem ut insimul declaretur in quonam consistat haec filiorum Dei libertas.

2. In § 2, emendatur textus modo sequente: « Populum Dei... renati sunt; hac Spiritus Sancti unctione et regeneratione a Christo Domino *consecrantur in sacerdotium sanctum* Deo et Patri suo... ». Ratio huius emendationis est, uti notatur in *Ani-madversionibus generalibus*, III, n. 6, quia ita textus magis conformis est Constitutioni « *Lumen gentium* », n. 10, et vitatur confusio.

In § 2 item, loco verborum « in oblatione eucharistici Sacrificii » ponuntur verba: in *eucharistica celebratione*. Hoc modo, iuxta alicuius petatum, de S. Eucharistia, sacrificio et sacramento mentio fit.

3. In § 3, quo magis momentum Sacrificii Eucharistici affir-

metur, loco verborum « Sacrificio praesertim Eucharistico », ponuntur verba *Sacrificio imprimis Eucharistico*.

4. In § 4, additio fit quae sequitur: « Populus Dei unus est. Spiritus Sanctus... pro tota Ecclesia in singulis universisque credentibus principium est congregationis et *profundioris semper unitatis...* ». Ita, iuxta votum alicuius, affirmatur Ecclesiam, sub ductu Spiritus Sancti, semper sese reformare, ut ad profundioris deveniat unitatem.

### Canon 2

(De Ecclesiae unitate et multiplicitate)

1. Claritatis causa, additur in § 2 verbum « ... et unica divina constitutione Ecclesiae *universae...* ».

2. In § 3, loco verborum « *Variae Ecclesiae particulares variique coetus ab eisdem constituti...* », ponuntur verba: *Variae Ecclesiae particulares variique coetus ex eisdem constituti...* ». Rectior ita fit affirmatio et magis consentanea Constitutioni « *Lumen gentium* ».

3. *Additur § 4*, in qua asseritur Ecclesiam semper perennem sui persequi reformationem, et particulares Ecclesias coetusque ex iisdem constitutos, servando quidem legitimas varietates, ad unitatem in fide et caritate tendere debere. Hoc modo habetur affirmatio quae omnino favet oecumenismo.

## Articulus 1

### DE CHRISTIFIDELIBUS OMNIBUS

### Canon 3

Additio fit verborum: « *Ecclesia... dignitatem humanae personae propriam recognoscit et profitetur...* ». Ratio additionis est, quia, ad mentem aliquorum, affirmari debet Ecclesiam non tantum recognoscere hanc dignitatem, sed eam etiam proclamare.

### Canon 4

Emendantur tantummodo referentiae in textu indicatae, scilicet (1 Tim. 2, 2-4) et in fine (Mt. 28, 19-20).

Notare iuvat aliquem aestimare hunc textum non convenire Legi Fundamentali, quia lex Ecclesiae non debet mentionem facere de non-baptizatis, in quos quidem Ecclesia non habet potestatem regiminis.

Verum quidem est Ecclesiam in eosdem non habere potestatem regiminis, sed textus huius canonis, de omnium Consultorum sententia, requiritur, quia affirmari debet omnes homines ad Ecclesiam vocari; non autem affirmatur Ecclesiam in omnes potestate regiminis gaudere.

#### Canon 5

In § 2 supprimitur verbum « etiam », quod superfluum est, et minus textui iuridico per se stanti convenit.

Notandum videtur § 1, secundum sententiam nonnullorum, non esse ad rem, quia in lege Ecclesiae non sunt affirmandae obligationes eorum qui ad Ecclesiam non pertinent. Servatur tamen textus, quia, licet admitti possit § 1 non continere veram legem Ecclesiae, enuntiat aliquam rationem ob quam Ecclesia libertate gaudet Evangelium annuntiandi universo mundo. Idem ceterum valet de § 2, quae etiam servatur.

#### Canon 6

In § 1, initio, adduntur priora verba § 2, quae ideo in hac § 2 supprimuntur; textus itaque § 1 fit: « Baptismate homo Christo incorporatur et in Ecclesiam tanquam per ianuam intrat... ». Ita, in § 1 agitur de incorporatione Christo, quae, secundum aliquem animadvertentem, ontologice et logice praecedit pertinentiam ad Ecclesiam; et in § 2 agitur de constitutione personalitatis in Ecclesia, scilicet in ordine iuridico ecclesiastico.

Notare iuvat quod, de duorum obiicientium, supprimi deberent verba « persona constituitur », quia, uti arguunt, persona aliquis constituitur creatione, non baptismate. Reponi autem debet ut sequitur: certum quidem est, *philosophice* si res consideratur, aliquem constitui personam natiuitate; *iuridice* vero « persona » significat subiectum obligationum et iurium: iamvero baptismate homo fit subiectum obligationum et iurium canonicorum. Ad vitandam confusionem, quis proposuit ut aderentur verba: « ... persona seu subiectum obligationum et iurium canonicorum, ... »; necessaria autem non videtur haec declaratio: etiam in Codice Iuris Canonici, can. 87 eadem habentur verba, et non praebuerunt ansam difficultatibus, quas obiicientes timent.

#### Canon 7

1. In § 1, priora verba mutantur, ita ut fiant « Ecclesiae Christi his in terris plene incorporantur... ». Ita textus magis convenit cum textu Constitutionis « Lumen gentium », n. 14. Sane, in hac Constitutione declaratur « Illi plene Ecclesiae societati incorporantur... », sed, cum his in terris Ecclesia sit societas, textus recognitus idem significat.

2. In § 2, loco verborum « etsi non perfecta (communione), ponuntur verba »: etsi *non plena*, ut magis conveniat textus cum modo dicendi a Concilio Vaticano II adhibito: haec mutatio in Coetu Consultorum admissa est ab omnibus, duobus tamen exceptis. Omnibus autem consentientibus, deleri possunt verba « aliqua ratione » et « iam », quia idea communionis non plenae, satis iam exprimitur aliis verbis canonis.

#### Canon 8

Nulla fit emendatio in textu huius canonis. Id autem notari potest quod, de sententia trium obiicientium, prius sermo faciendus est de catechumenis, deinde de christianis non-catholicis.

R. Non admittitur obiectio: baptismus aquae habet characterem sacramentalem, cui maius momentum tribuendum est quam voto, sine baptismo externo reapse recepto; id eo magis admittendum est quod in Lege Fundamentali agitur de structura Ecclesiae uti est his in terris: baptismus aquae, elementum externum certum, maioris est momenti quam votum baptismi, etiam per signa externa confirmatum. Attendenda insuper certo est ratio oecumenismi.

#### Canon 9

In n. 1, loco verborum « unitas in fide », ponuntur verba: *Communio in una fide*, quibus certo distinctius exprimitur communionem in fide requiri.

In n. 2, loco verborum « Communio sacramentorum, quae quidem a Christo instituta sunt... » ponuntur verba: « Communio sacramentorum, quae quidem *ex institutione Christi...* »; ita, iuxta votum alicuius, vitatur affirmatio, qua dirimitur quaestio utrum omnia sacramenta a Christo instituta sint.

*(Christifidelium omnium officia et iura fundamentalia).*

Secundum votum aliquorum, *ordo dicendorum* vel praescriptorum de officiis et iuribus christifidelium omnium fundamentalibus, aliquatenus mutatur, ut habeatur ordo in quo disponuntur varia officia et iura, ratione habita intrinseci eorundem momenti.

#### Canon 10

Substantia praescripti huius canonis eadem manente, aequalitas inter omnes christifideles vigens affirmatur, non quidem forma hortatoria, sed forma affirmativa. Haec forma convenit cum indole legis et habetur etiam in Constitutione « Lumen gentium », n. 32.

In ipso textu, iuxta petitum alicuius, adduntur referentiae S. Scripturae.

#### *Canon 13*

1. In § 1, mutantur verba « christifideles christiana oboedientia voluntaria et responsabili sectari tenentur... » in « christifideles, *propriae responsabilitatis conscii*, christiana oboedientia sectari tenentur... ». Cum enim voluntarietas et responsabilitas omni actui humano sint propriae, magis convenit textus recognitus.

2. In § 3, lin. 6, ponitur verbum *atque*, loco verbi « immo »; melius videtur ita enuntiatum praescriptum.

#### *Canon 16*

Uti praescriptum canonis 16, in textu recognito enuntiatum praescriptum quod antea habebatur sub can. 17; praescriptum canonis 16 anterioris transfertur ad can. 24 in textu recognito. Ita, iuxta petitum ab aliquibus, admittitur ordo, ratione habita intrinseci momenti uniuscuiusque praescripti.

#### *Canon 21 (novus)*

Novum praescriptum additur in hoc canone, scilicet: *Nemo puniri potest nisi in casibus ipsa lege definitis atque modo ad eadem determinato*. Hoc canone addito, ab aliquibus expostulato, in ordine iuridico Ecclesiae admittitur principium, in nationibus exultis receptum, nempe « nullum crimen, nulla poena sine lege ». Hac quidem norma proteguntur christifideles contra possibilem usum arbitrium potestatis coercitivae. Ideo novus hic canon admissus est ab omnibus Coetus Consultoribus, tribus tamen eiusdem insertioni contrariis.

#### *Canon 24*

In hoc canone 24, in § 2, omnibus consentientibus Consultoribus, mutantur verba « ... parentum christianorum ideo imprimis est educationem christianam secundum... » in: « parentum christianorum ideo imprimis est *christianam filiorum* educationem secundum... ». Convenit haec additio, quia dum in prima parte huius § 2 agitur de obligatione et iure parentum quoad educationem in genere, in altera parte affirmatur parentum christianorum officium et ius curandi christianam filiorum educationem.

#### Canon 25

Sub hoc canone 25, in textu recognito habetur praescriptum, quod antea inscriptum erat sub can. 16.

*(Diversitas christifidelium ratione status)*

#### Canon 27

Dum antea de statu religioso quaestio erat, in textu recognito agitur de *statu fidelium qui consilia profitentur evangelica*. Ratio est quia, uti aliqui arguunt, in statu perfectionis sunt non tantum religiosi, sed etiam alii qui consilia evangelica publice profitentur in Institutis perfectionis ab Ecclesia probatis.

#### Canon 28

Quaedam in hoc canone adduntur verba, scilicet: « Ecclesiae ministri, quippe qui ordinatione sacra, *per speciale Spiritus Sancti donum* Christo Domino configurentur et ad divina ministeria mancipentur... ». Hisce verbis additis aperte affirmatur distinctio inter sacerdotium commune fidelium et sacerdotium ministeriale: sacra ordinatione non tantum datur deputatio ad ministeria persolvenda, sed confertur character specialis, scilicet per Spiritus Sancti donum in ordinatione receptum.

#### Canon 29

Priora verba canonis mutantur, ita ut fiant: « *Qui consilia evangelica publice profitentur...* »: praescriptum enim canonis non valet tantummodo de religiosis, sed de omnibus christifidelibus qui consilia evangelica profitentur in Institutis perfectionis ab Ecclesia probatis.

#### Canon 30

1. In § 1, imprimis aliquatenus mutantur verba usurpata in definitione christifidelium laicorum. Deinde, ubi affirmatur eos, ratione baptismatis et confirmationis receptae, missionem participare salvificam Ecclesiae et in eius muneribus exercendis partem habere, asseritur hanc partem ab ecclesiastica auctoritate etiam *pressius* determinari posse. Verbum *pressius* additur, quia pars quam habent in his muneribus non solum pendet a determinatione auctoritatis ecclesiasticae: partem aliquam in iisdem muneribus exercendis habent ratione baptismatis et confirmationis; auctoritatis ecclesiasticae tamen est hanc partem magis determinare.

2. In § 2, initio, additur verbum *praesertim* ita ut textus sit: « *Praesertim* in rebus temporalibus gerendis... ». Admissa est haec additio, quia, ut aliquis notavit, laicis non reservantur res temporales et clericis res spirituales: una ex parte omni laude digni sunt laici qui vitam suam penitus Deo consecrant; altera ex parte dici non potest ministros Ecclesiae nullam habere partem in rebus temporalibus ordinandis.

## Articulus 2

### DE HIERARCHIA IN ECCLESIA CONSTITUTA

#### (*Canones generales*)

#### Canon 32

1. Latinitatis causa, in § 1, priora verba mutantur ut sequitur: « Dominus Iesus, Ipse *quidem* Ecclesiae suae *summus angularis lapis ac aeternus Pastor manens*, Ecclesiae suae... ».

2. In § 2, secundum votum ab aliquibus expressum, mutatur secunda pars praescripti, ita ut magis congruat cum textu Constitutionis « Lumen gentium », n. 20. Textus itaque § 2 fit: « In Romano Pontifice permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum; *in Ordine sacro Episcoporum perseverat* munus pascendi Ecclesiam *omnibus Apostolis concessum et successoribus eorum, secundum Christi voluntatem, transmittendum* ». Ita distincte affirmatur munus Apostolorum etiam Petro concessum et Romanis Pontificibus transmissum esse, et textus omnino conveniens est doctrinae Const. « Lumen gentium ».

3. In § 3, iuxta petiitum alicuius, additur verbum: « Sicut statuente Domino..., pari ratione Summus Pontifex, successor Petri, et *ceteri* Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur ». Ita convenit textus § 3 cum textu § 2.

#### § 1. De Summo Pontifice

Praescripta de Hierarchia in Ecclesia constituta, post canones generales introductorios, imprimis agunt de Summo Pontifice, deinde de Episcopis, videlicet de Collegio Episcoporum et de Episcopis singulis. Est quidem inter obiiicientes, qui proponit ut imprimis tradantur praescripta de Collegio Episcoporum, et deinde ea quae ad Summum Pontificem se referunt. In Coetu autem, omnes Consultores, uno tantum excepto, aestimant ordi-

nem schematis servandum esse. Re quidem vera, ordo schematis est ipse ordo quem secutum est Concilium Vaticanum II; insuper de Collegio Episcoporum haud facile tractari potest, nisi antea de Summo Pontifice, Collegii Capite, quaestio fuerit. Servatur itaque ordo schematis, quem ceterum alii omnes, qui animadversiones proposuerunt, implicite approbant.

#### Canon 34

1. In § 1 mutantur priora verba: loco « Romanus Pontifex » ponuntur verba « *Ecclesiae romanae Episcopus, ut Beati Petri in primatu successor...* »: ita, secundum petitum alicuius, affirmatur nexus existens inter Sedem romanam et Summum Pontificem.

In eadem § 1, in fine adduntur verba, quibus affirmatur potestatem ordinariam qua in Ecclesias omnes gaudet Romanus Pontifex detrimento non esse potestati ordinariae qua in Ecclesias particulares sibi commissas pollent Episcopi, sed eadem Episcoporum potestatem roborari. Ita affirmatur principium subsidiaritatis, secundum aliquorum petitum (cf. Animadversio generalis II, 7). Textus itaque ita completur: « Romanus Pontifex... exercere valet. Qui igitur, cum tanquam omnium fidelium pastor ad bonum Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum missus sit, super omnes Ecclesias ordinariae potestatis obtinet principatum, *quo quidem insimul roboratur atque vindicatur potestas propria, ordinaria et immediata qua in suas Ecclesias particulares Episcopi gaudent.* Haec affirmatio convenit cum doctrina Concilii Vaticani I (Const. dog. *Pastor aeternus*, 3: Denz. 1828 [3961]) et Concilii Vaticani II (Constitutio *Lumen gentium*, n. 27).

#### Canon 35

In § 1, consentientibus Consultoribus omnibus, servatur vox *consecratio* episcopalis, et non usurpatur locutio « ordinatio » episcopalis. Sane, haec ultima locutio adhibetur in Pontificali romano, sed vox *consecratio* consonat cum universa traditione tum Ecclesiae Latinae tum Ecclesiarum Orientalium, atque etiam adhibetur a Concilio Vaticano II, quocum schema Legis Fundamentalibus convenire debet.

Notandum videtur secundum omnes Coetus Consultores, uno tantum excepto, servandum esse textum § 1, vi cuius Romanus Pontifex, ad normam iuris vocatus, plenam et supremam potestatem in Ecclesia obtinet acceptatione una cum consecratione episcopali. Contra

hanc assertionem aliqui obiiciunt novam esse hanc doctrinam et eam contrariam esse canoni 219 Codicis Iuris Canonici et magisterio Pii XII, et aestimant Legem Fundamentalem abstinere debere a tali determinatione. Contra, plerique Consultores S. Congregationis pro doctrina fidei favent huic doctrinae. Re quidem vera, affirmatio requiritur de modo quo Romanus Pontifex suam obtinet potestatem. Iam autem dici debet textum schematis esse secundum mentem Concilii Vaticani II: cogitari enim non potest Episcopos obtinere potestatem magisterii et regiminis per consecrationem una ex parte, et Summum Pontificem eandem obtinere etsi non iam in Episcopum consecratum altera ex parte. Cum enim, secundum Constitutionem « Lumen gentium », n. 21, episcopalis consecratio sit radix muneris non tantum sanctificandi, sed et munerum docendi et regendi, quae Episcopis competunt, ne cogitari quidem posse videtur Summum Pontificem, non consecratum Episcopum suprema potestate docendi et regendi gaudere. Animadverti etiam potest Stephanum II, a 752 in Summum Pontificem electum, sed ante consecrationem defunctum, in elencho Romanorum Pontificum non referri.

### Canon 36

Hic canon quasi ex integro novus est et in textu recognito duas §§ complectitur.

1. In § 1, de sententia nonnullorum, mentio etiam facienda est de Patribus Cardinalibus, qui quidem Romano Pontifici in Ecclesiae regimine adiutorio sunt et quorum Collegium, ad normam canonis 230 Codicis Iuris Canonici, Senatum Romani Pontificis constituit. Imprimis autem Romano Pontifici in eius munere supremi Pastoris exercendo auxilium praebent Episcopi. Quare textus § 1 huius canonis 36 id affirmare debet. Qui textus ideo est: « *In eius munere supremi Pastoris exercendo, Romano Pontifici adsunt Episcopi, imprimis quidem Patres Cardinales, quorum Collegium veluti senatus est Summi Pontificis, necnon aliae personae itemque varia secundum temporum necessitates instituta; quae personae omnes et instituta, auctoritate Ipsius, munus sibi commissum expleant in bonum omnium Ecclesiarum, iuxta normas in sacris canonibus determinatas* ».

2. In § 2, agitur de auxilio quod Romano Pontifici praebet Synodus Episcoporum. In priore textu, de hoc auxilio quaestio erat in canone 76, § 3, in quo affirmabatur Synodum Episcoporum Romano Pontifici in exercitio potestatis legislativae auxilio esse posse. Cum vero auxilium quod Romano Pontifici praebet Synodus Episcoporum non solam potestatem legislativam respiciat, sed ad universum munus Summo Pontifici proprium explendum se referat, latior requiritur norma, quae quidem, in textu recognito, sub § 2 huius canonis traditur, et ita sonat: « *Summo*

*Pontifici, in exercitio eiusdem muneris, auxilio est praesertim Synodus Episcoporum, partes agens totius catholici Episcopatus, quo quidem eiusdem sollicitudo erga universam Ecclesiam apte significatur ».*

## § 2. De Episcopis

### Canon 37

In § 1 huius canonis, ut magis congruat cum textu Constitutionis « Lumen gentium », n. 20, additur verbum *Pastores*, ita ut textus recognitus sit: « Episcopi... per Spiritum Sanctum qui datus est eis, in Ecclesia constituuntur *pastores* ut sint... ».

### 1. De Collegio Episcoporum.

#### Canon 39

1. In § 1, additur verbum: « Una cum Romano Pontifice *ceteri* Episcopi... »; ita concordat textus cum textu canonis 32, § 3.

2. In § 2, iuxta petitum alicuius, textus mutatur ita ut ipsa verba referat Constitutionis « Lumen gentium », n. 22, et sit: « Collegium Episcoporum totam Ecclesiam repraesentat in vinculo *unitatis, amoris et pacis...* ». Insuper alia fit additio, scilicet: « Collegium Episcoporum... quatenus ex multis est compositum varietatem et universalitatem totius Populi Dei, quatenus sub uno Capite *eidem missioni inserviens* unitatem gregis Christi exprimit ». Ratio huius additionis est quia, uti arguit aliquis animadvertens, Collegium Episcoporum unitatem gregis Christi exprimit non tantum quatenus sub uno Capite est collectum, sed etiam quatenus eius membra sese partes totius sciant et sibi invicem in uno opere perficiendo diversis modis inserviant.

Notandum est a nonnullis qui animadversiones miserunt peti ut in § 2 dicatur: « Collegium Episcoporum *simul cum Papa...* », atque ab iisdem similem additionem requiri ubicumque de Collegio Episcoporum habetur mentio. De unanimi autem sententia Consultorum Coetus specialis, talis additio facienda non est: etenim, in hoc eodem canone 39, § 1, in prima norma quae agit de Collegio Episcoporum, affirmatur: « *Una cum Romano Pontifice* ceteri Episcopi constituunt Corpus seu Collegium episcopale, cuius Caput est Romanus Pontifex, Petri successor... », et haec norma valet quoad omnes canones in quibus mentio fit de Collegio Episcoporum; insuper, si postea, quotiescumque de Collegio mentio fit, adderentur verba « una cum Romano Pontifice », concludere quis posset dari posse Collegium Episcoporum sine Romano Pontifice. Sufficit ergo ut semel pro semper statuatur quod una cum Romano Pontifice Collegium constituunt Episcopi.

#### Canon 41

1. In § 1 quoad formam tantum mutantur priora verba, ut magis consentanea sit forma indoli legis. Textus fit: « *Potestas in universam Ecclesiam...* ».

2. In § 2, iuxta petitem duorum obiicientium, loco verborum « quoties Caput Collegii eos actionem collegialem vocet », ponuntur verba « *dummodo Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet...* »; quibus verbis textus omnino fit conveniens textui Constitutionis « Lumen gentium » n. 22.

#### Canon 42

In § 2, ad petitionem alicuius, ultimum verbum mutatur, ita ut loco « probatas » dicatur: *probandas*: quaestiones in Concilio tractandae quaedam addi possunt a Concilii Patribus, sed sunt a Summo Pontifice probandae.

#### Canon 43

In § 1, loco verbi « sunt », ponitur verbum: *sint*; rector est dicendi modus et magis congruens cum textu Decreti « Christus Dominus », n. 4.

#### Canon 44

Quae in § 2 canonis habebantur de procuratoribus praescripta, de sententia plerumque Consultorum Coetus, tribus tamen dissentientibus, nimis sunt particularia ut in Lege Fundamentali inserantur, et ad Codicem Iuris Canonici remitti possunt, aut affirmari potest ipsius Concilii esse procuratorum iura et officia determinare. Quare una tantum habetur § in canone 44 recognito. Textus autem § 1 completur, ita ut sit: « Si quis ex vocatis ad Concilium... interesse non possit, impedimentum probet et procuratorem mittat; procuratorum autem iura et officia ab ipso Concilio determinanda sunt ».

#### Canon 46

Duplex in hoc canone recognito habetur paragraphus: in prima §, praescriptum datur de vi obligandi constitutionum et decretorum quae proferuntur a Collegio Episcoporum in concilio oecumenico; in altera § habetur praescriptum de vi obligandi constitutionum et decretorum ab eodem Collegio prolata, cum Episcopi in orbe dispersi una cum Papa actionem collegialem exercent. Necessaria visa est haec duplex affirmatio, quia in canonibus praecedentibus, can. 42-45 de Concilio oecumenico agi-

tur, dum in can. 46 tractatur de actibus Collegii in genere; hi autem actus sunt duplicis speciei, ad normam can. 41, § 1 et 2.

1. In § 1, habetur norma, quae antea in can. 45 inscripta erat, sed ita ut in textu recognito de solo Concilio oecumenico statuatur: « *Concilii oecumenici constitutiones et decreta...* ». Deletur autem verbum « definitivam », quod, de omnium Consultorum sententia, superfluum est et ansam praebere potest erroneae interpretationi.

Servatur quoad cetera textus, uti erat: ut vim obligandi habeant constitutiones et decreta Concilii, requiritur ut una cum Concilii Patribus a Romano Pontifice fuerint *approbata*, ab eodem *confirmata* et eius iussu promulgata aut saltem ab eo libere recepta. Requiritur Romani Pontificis approbatio, qua nempe significatur Romanum Pontificem cum aliis Patribus consentire; requiritur insuper confirmatio, qua Romanus Pontifex, uti Caput Collegii, statuit acta Concilii fuisse rite peracta et insimul iubet constitutiones vel decreta executioni mandanda esse.

2. In § 2, similis statuitur norma, sed de actibus quae ponuntur a Collegio, cum dispersi in mundo Episcopi, una cum Romano Pontifice, actum collegialem ponant. Textus est qui sequitur: « *Eadem confirmatione et promulgatione receptione egeant, vim obligandi ut habeant, constitutiones et decreta, quae ferat Collegium Episcoporum, cum unita actione Episcopi in orbe terrarum degentes una cum Papa actionem collegialem exercent, ad normam can. 41, § 2* ».

## 2. De Episcopis singulis.

### Canon 47

1. Ad petitionem aliquorum, mutatur textus § 1, ita ut affirmet singulos Episcopos Ecclesias particulares sibi commissas pascere sub auctoritate *supremae potestatis Ecclesiae*. Sane, mutatur ita textus Decreti « Christus Dominus », n. 11, in quo affirmatur Episcopos pascere Ecclesias particulares sub auctoritate Romani Pontificis. De facto quidem plerumque est sub auctoritate Romani Pontificis quod pascunt portionem Populi Dei sibi commissam, sed, in principio, admitti debet quod eam pascunt etiam sub auctoritate Collegii Episcoporum, cui etiam suprema et plena competit potestas. Itaque, de consensu plerumque Consultorum, haec mutatio in textu introducta est.

2. Textus § 2 remanet immutatus, sed, uti iam declaratum est, sermo fit de consecratione episcopali, non de ordinatione.

3. Secundum votum ab aliquo obiiciente expressum, uti § 3 canonis 47 ponitur textus qui erat § 1 canonis 47. Praeterea, de nonnullorum sententia, rectius dicitur: « Singuli Episcopi *regimen pastorale* de quo in §§ 1-2 neque in Ecclesias quarum cura ipsis non est commissa neque in Ecclesiam universalem habent ». Cum remittatur ad §§ 1 et 2 eiusdem canonis, magis convenire videtur textus ita emendatus, qui igitur ab omnibus Consultoribus probatus est.

*Canon 48*

Textus huius canonis remanet immutatus, sed § quae erat prima iam ad canonem 47 translata, § antea 1 nunc fit 2, et § antea 3, nunc fit 2.

§ 3. *De Presbyteris et Diaconis*

*Canon 49*

In § 3, ultima verba mutantur, et fiunt: « ... Qui servitio certae Ecclesiae particularis sub Episcopo eiusdem proprio adduntur... unum cum Episcopo efformant presbyterium, quod modis iure determinatis Episcopo in populo pascenda *adsit* ». Hoc modo aptius exprimitur Presbyteros qui presbyterium constituunt, sive saeculares sive religiosos, esse providos Episcopi cooperatores in populo eidem commisso pascendo.

## CAPUT II

### De Ecclesiae Muneribus

Ante omnia, notandum est sub hoc Capite quaestionem esse de muneribus Ecclesiae. Non agitur in hoc Capite de muneribus solius Hierarchiae, sed de muneribus quae Populo Dei competunt, unicuique quidem suo modo, scilicet secundum membrorum diversitatem. Ut hoc distinctius appareat, in can. 51, § 2 fit additio verborum, quibus aptius declaratur omnia membra Populi Dei suo modo participare Ecclesiae munera. Ceterum, uti iam dictum est, vox « Ecclesia » semper sumenda est in sensu definitionis quae tradita est in can. 1.

#### Canon 51

1. In § 1, ut constans habeatur modus dicendi quoad ordinem diversorum munerum, modus quidem a Concilio Vaticano II plerumque adhibitus, ordo aliquorum verborum mutatur, ita ut sermo fiat de munere docendi, sanctificandi et regendi.

Insuper, in eadem § 1, in fine, loco verborum « quos ideo speciali effusione supervenientis Spiritus ditavit » ponuntur verba quae in Actibus Apostolorum habentur » quos ideo *virtute supervenientis Spiritus Sancti ditavit* (cf. Act. 1, 8) *et consecravit*. Verba « et consecravit » adduntur, ut iterum clare distinctio affirmetur inter sacerdotium ministeriale et sacerdotium commune, et ut, secundum doctrinam Constitutionis « Lumen gentium », n. 21, affirmetur per consecrationem episcopalem munera conferri.

2. In § 2, initio, adduntur aliqua verba quibus distinctius constat Ecclesiam de qua agitur esse Populum Dei, non solum Hierarchiam in eadem constitutam: « Ecclesia igitur, *variis donis Spiritus Sancti pro diversitate membrorum* instructa... ». His verbis insimul asseritur membra omnia Dei Populi non aequalem habere partem in Ecclesiae muneribus adimplendis.

Ultima pars eiusdem § 2 perficitur, cum dicatur: « ... munus sanctificandi, ut omnes in Christum credentes de plenitudine sanctitatis Christi *in Eius Spiritu* per Sacrificium *Eucharisticum* praesertim et *alia sacramenta necnon verbum Dei*, abundanter

participent;... ». Hae additiones petitaе sunt, singulae ab aliquo obiiiciente, et reuera textum perficiunt.

#### Canon 52

Ad hunc canonem, de S. Liturgia, diversae factae sunt animadversiones, quarum pleraeque ad meliorem formam praescriptum canonis deduxerunt. Imprimis affirmatur Ecclesiam, per munera implementum laudem Dei et hominum sanctificationem persequi. Praeterea, declaratur tria munera cum Sacra Eucharistia cohaerere. Item asseritur S. Liturgiae centrum esse Eucharisticam celebrationem. Tandem, iuxta petatum alicuius, affirmatur, non quidem Ecclesiam tendere ad culmen quod habetur in S. Liturgia, sed actionem Ecclesiae ad illud tendere. Itaque textus emendatus est: « *Ecclesiae munera, quorum quidem implemento ipsa laudem Dei et hominum sanctificationem persequitur, cum Sacra Eucharistia cohaerent et ad hoc augustissimum ordinantur sacramentum, in quo totum bonum spirituale Ecclesiae continetur. S. Liturgia itaque, cuius Eucharistica celebratio est centrum, licet non totam Ecclesiae actionem expleat, eius unitatem efficit et manifestat atque culmen est ad quod actio Ecclesiae tendit et simul est fons unde omnis eius virtus emanat. Ministerium quidem verbi et regimen pastorale ad id ordinantur ut omnes, per fidem et baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in medio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participant et coenam dominicam manducent sicque plene Corpori Christi inserantur* ».

#### Canon 53

1. In § 1, secundum animadversionem ab aliquo factam, rectius dicitur: in communionem *hierarchica* cum Collegii Capite et membris.

2. In § 2, praesertim ne bis habeatur verbum « exercent », initio dicitur: « Triplex hoc munus etiam *adimplent* Presbyteri... ».

#### Articulus 1

##### DE ECCLESIAE MUNERE DOCENDI

Secundum animadversionem ab aliquo factam, *ordo praescriptorum* mutatur, ita ut prius agatur de subiectis activis potestatis docendi, deinde de obligatione qua christifideles tenentur quoad declarationes Magisterii. Itaque praescriptum quod habebatur in canone 54, nunc in textu recognito ponitur post cano-

nem qui nunc est 56, et fit praescriptum canonis 57. Re quidem vera ordo dicendorum ita magis logicus habetur.

#### Canon 54

1. In § 1, imprimis, loco verborum « ut ipsa (Ecclesia) Spiritu Sancto assistente, doctrinam revelatam sancte custodiret... », adhibentur verba: « ut ipsa, Spiritu Sancto assistente, *veritatem* revelatam sancte custodiret. Ratio est quia, uti arguit aliquis obiiciens, revelatio non est primario aliqua doctrina a Christo Ecclesiae commissa, et veritas revelata est magis quam doctrina; haec emendatio etiam observatoribus placuit.

Praeterea, in eadem § 1, in fine, ut dicendorum ordo sit logicus, textus ita mutatur ut sit « ... fideliter *annuntiaret atque exponeret* ».

2. In § 2, textus emendatur, iuxta alicuius petitem, ita ut sit: « Ecclesiae officium et ius nativum est a qualibet humana potestate independens, *omnibus gentibus Evangelium praedicare* ». Haec enim verba habentur in Const. « Lumen gentium », n. 24, et congruunt cum declaratione Const. « Dei Verbum », n. 8.

3. Supprimitur, iuxta votum aliquorum, § 3, cuius praescriptum iam habetur in can. 5, § 1.

#### Canon 55

In hoc canone, qui iam antea erat canon 55, de sententia omnium Consultorum S. Congregationis pro doctrina fidei necnon Consultorum Coetus specialis Commissionis, § 2 et § 3 in unam coniunguntur §; verbum *enim*, quod habetur in Constitutione « Lumen gentium », n. 12, momentum habet et requiritur ut undequaque vera sit propositio quae habetur in § 2 et 3. Quare, huius canonis § 2 complectitur textum, uti erat prius in §§ 2 et 3, additis verbis: « *Illo enim sensu fidei...* ».

#### Canon 56

Sub hoc canone 56, habetur textus qui iam antea inscriptus erat sub canone 56.

1. In § 1, in qua agitur de infallibili magisterio quo gaudet Summus Pontifex, adduntur de eodem verba « *cuius est fratres suos confirmare* », et loco locutionis « definito actu », quae erat menda, ponitur locutio « *definitivo actu* ». Additione verborum *cuius est fratres suos confirmare* textus huius § 1 magis congruit cum assertione Constitutionis « Lumen gentium », n. 25.

2. In § 2, item, ut magis conveniat textus cum assertione Constitutionis « Lumen gentium », n. 25, mutatur textus ut sequitur: « Eodem infallibili magisterio pollet Collegium Episcoporum. Illud exercent Episcopi in Concilio oecumenico coadunati, quando, ut fidei et morum doctores, pro universa Ecclesia doctrinam de fide vel de moribus ut *definitive* tenendam *declarant*... ».

#### Canon 57

Sub hoc canone 57 habetur textus, qui antea inscriptus erat sub canone 54, et in quo agitur de iis quae credenda sunt fide divina et catholica. Secundum animadversionem ab uno obiiciente factam, verba prioris canonis 54 « Fide divina... verbo Dei scripto vel tradito, *tanquam uno fidei* deposito... » indebite videntur restringere sensum affirmativum, et rectius dicitur: « Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt quae verbo Dei scripto vel tradito, uno *scilicet* fidei deposito Ecclesiae commisso... ». Recepta est haec animadversio, et emendatur textus, secundum propositionem factam.

#### Canon 58

Ut distincte affirmetur religiosum voluntatis et intellectus obsequium requiri, quando Summus Pontifex aut Collegium Episcoporum doctrinam de fide vel de moribus enuntiant, licet non intendant eam definitivo actu proclamare, mutatur textus canonis, in fine, ita ut sit: « Non quidem... cum magisterium authenticum exercent, *etsi definitivo* actu eandem proclamare *non* intendant ».

#### Canon 59

In hoc canone agitur de obsequio debito doctrinae, quam Episcopi sive singuli sive in Synodis particularibus aut Conferentiis adunati enuntiant. Aliqua tantum verba mutantur, ut rectior sit forma et certior sit norma: « Religioso animi...; hi enim, licet infallibilitate *in docendo* non polleant, fidelium suae curae commissorum authentici sunt fidei doctores et magistri. Cui autentico magisterio *suorum* Episcoporum fideles religioso animi obsequio adhaerere tenentur ». Re quidem vera, ad hoc religiosum obsequium praestandum fideles tenentur tantum quoad declarationes proprii Pastoris, et ideo dicitur in textu « *suorum* Episcoporum »; quinam autem sint proprii eorum Pastores, in Codice Iuris Canonici definiendum est.

Praeterea, ut praescriptum sit conformis Constitutioni « Lu-

men gentium », additur obsequium praestandum esse doctrinae quam Episcopi qui in communione *hierarchica* sunt enuntiant.

#### Canon 60

In § 2 huius canonis, iuxta animadversionem factam ab aliquo, convenit ut adhibeatur verbum *diffundendi*, loco verbi « propagandi ».

#### Canon 61

In § 2, loco « assumant », adhibetur locutio *assumere possunt*, ne declarari possit norma uti strictam involvens Episcoporum obligationem.

#### Canon 62

Uti animadverterunt aliqui, convenit ut obligatio qua tenentur omnes christifideles modo positivo enuntietur. Ideo mutatur textus schematis, ut sequitur: « Cunctis christifidelibus officium est adlaborandi ut nuntius evangelicus diffundatur; *ut tamen quis ministerium verbi Dei nomine Ecclesiae exercere possit, missionem a competenti auctoritate accipere debet, sive facultate specialiter data, sive officio collato cui ex sacris canonibus hoc munus inhaeret* ».

### Articulus 2

#### DE ECCLESIAE MUNERE SANCTIFICANDI

Notetur imprimis aliquem animadvertentium quaerere utrum munus sanctificandi revera obiectum sit legislationis canonicae. Cui respondet Consultorum Coetus munus sanctificandi, non secus ac alia munera, ad eius exercitium quod attinet, ordinari posse legibus Ecclesiae; in Codice Iuris Canonici non pauca habentur praescripta de singulis sacramentis. Insuper, etiam de munere sanctificandi Ecclesiae quaedam principia theologico-canonica enuntiari debent in ipsa quidem Lege Fundamentali, ut haec fini in eius compositione proposito respondeat et imaginem praebeat Ecclesiae Christi.

#### Canon 63

De nonnullorum sententia, in primo canone qui de munere sanctificandi agit, affirmari debet universalis hominum vocatio ad sanctitatem, cuius Ipse Christus est exemplum. Ideo mutatur et completur textus huius canonis ut sequitur: « Munus sanctifica-

tionis sibi commissum nomine Christi implens, Ecclesia hominibus, qui ad sanctitatem in Spiritu vocantur omnes, media partitur sibi divinitus concredita. Praesertim... ».

#### Canon 64

Huic canoni, de communi Consultorum Coetus sententia, addenda est § 2, in qua affirmatur sacramenta, quae quidem eadem sunt pro universa Ecclesia, ad vinculum communionis inter fideles stabiliendum et firmandum multum conferre, et ideo competentis auctoritatis Ecclesiae esse praescripta statuere quae sacramentorum administrationem et receptionem necnon ordinem in eisdem celebrandis servandum respiciunt. Ideo in § 2 huius canonis additur norma quae sequitur: « *Cum Sacramenta, eadem quidem pro universa Ecclesia, ad vinculum communionis inter christifideles stabiliendum firmandumque magnopere conferant, competentis auctoritatis Ecclesiae est definire conditiones quae ad validam et licitam Sacramentorum administrationem ac receptionem, necnon ad ordinem in eorum celebratione servandum spectant* ».

#### Canon 65

1. In § 1, loco locutionis « Munus sanctificationis », adhibetur locutio « Munus sanctificandi... ». Praeterea, non dicuntur Episcopi « Summi Sacerdotes », sed *Magni* Sacerdotes: in Constitutione « Sacrosanctum Concilium », n. 41, Episcopus dicitur « sacerdos magnus », et insuper titulus « Summus sacerdos », in Constitutione « Lumen gentium », sicut in Sacra Scriptura, soli Christo reservatur. Tandem, Episcopi, in textu recognito, dicuntur *praecipui* dispensatores mysteriorum Dei, quia non sunt soli eorum dispensatores; ceterum ita etiam affirmatur in Decreto « Christus Dominus », n. 15.

2. In § 2, in fine, loco verbi « deputentur », ponitur verbum *consecrentur*; ita insimul affirmatur Presbyteros ad cultum divinum celebrandum et populum sanctificandum deputari ipsa ordinatione, qua quidem caractere donantur.

#### Canon 66

1. In § 1, cum, uti notat aliquis animadvertens, requiratur etiam ut praesentia realis in Sanctissima Eucharistia affirmetur, adduntur aliqua verba, ita ut textus sit: « Augustissimum Sacramentum est Sanctissima Eucharistia, in qua ipsemet Christus Dominus continetur, offertur et sumitur, qua quidem continuo vivit et crescit Ecclesia... ».

2. In § 4 supprimuntur verba « una cum sacerdotibus », quae, uti notatur ab aliquo animadvertente, non habentur in fontibus citatis et ansam praebere possunt erroneae interpretationi.

#### Canon 67

1. In § 1, iuxta votum a non paucis expressum, adduntur verba quibus affirmatur baptismum indelebilem characterem conferre. Insuper, ut ordo dicendorum magis logicus habeatur, ordo aliquorum verborum mutatur. Textus ita fit: « Primum quidem omnium sacramentorum tenet sanctum baptisma, quod vitae spiritualis ianua est. Per ipsum enim homines, accipiendo Spiritum Sanctum, *indelebili characterе Christo configurantur, fiunt divinae naturae consortes et filii Dei*, atque incorporantur Ecclesiae ».

2. In § 2, cum hodie distinctio non fiat inter Baptismum sollemne et non-sollemne, mutantur ultima paragraphi verba, quae fiunt: « ... *eius tamen ministri ordinarii sunt sacerdotes et diaconi* ». Norma haec est generalis, et magis determinanda est in Codice Iuris Canonici.

#### Canon 68

In § 1, item ut affirmetur characterem imprimi Sacramento Confirmationis, aliqua verba adduntur, scilicet: « Sacramento Confirmationis *imprimitur character quo fideles perfectius Ecclesiae vinculantur, speciali Spiritus Sancti robore ditantur...* ».

#### Canon 70

Loco verbi « Presbyteri » etsi verbo hoc utitur S. Scriptura (Iac. 5, 14), rectius adhibetur verbum *Sacerdotes*, cum hoc verbo designentur Episcopi et Presbyteri. In fine canonis adduntur verba quae habentur in Constitutione « Lumen gentium », n. 11. Canon ita perficitur et fit: « Sacra infirmorum unctione atque oratione, quam nomine Ecclesiae fundunt *Sacerdotes*, huius Sacramenti ministri, fideles aegrotantes Domino patienti et glorificato commendantur, ut eos alleviet et salvet, *immo et roborantur ut sese Christi passioni et morti libere sociantes, ad bonum Populi Dei conferant* ».

#### Canon 71

1. In § 1, iuxta petitum alicuius animadvertentis, textus perficitur, ita ut magis congruat cum doctrina Concilii Tridentini et cum doctrina Decreti « Presbyterorum Ordinis », n. 12, et fit:

« Sacramento Ordinis inter fideles qui sunt insigniti, *unctione* Spiritus Sancti *qua consecrantur* et caractere perenni quo *signantur*, Christi ministri *constituuntur*, participantes secundum uniuscuiusque ordinationis gradum *ministerium quo* Christus Corpus Suum exstruit, sanctificat et regit, ita ut mirabile opus Eius per tempora persequi valeant ».

2. In § 2, omittuntur ultima verba, quae quidem necessaria non sunt, verba scilicet « ... quos conferunt iuxta sacrorum canonum praescripta ».

#### Canon 72

1. In § 1, ut, iuxta votum alicuius, textus magis sit conformis textui Constitutionis « Lumen gentium », n. 11, dicitur « ... *mysterium unitatis et foecundi amoris...* », loco « *mysterium unitatis et foecunditatis amoris...* »: *mysterium* scilicet duplex habet obiectum.

2. In § 2, iuxta petatum alicuius animadvertentis et de consensu Consultorum Coetus, additur verbum, quo affirmatur baptizatos Sacramento matrimonii communionem indissolubilem vitae coniugalis inter se instaurare. Sane, in textu iam affirmatur eos hanc communionem instaurare irrevocabili consensu, sed, uti arguitur, haec verba sese ad contrahentes referunt, et affirmari debet etiam ipsam communionem vitae coniugalis esse indissolubilem.

#### Canon 73

1. In § 2, imprimis loco verborum « in sacerdotium sanctum consecrantur », adhibentur verba « in *regale* sacerdotium consecrantur... »: de aliquorum sententia, enim, verba « sacerdotium sanctum », possent erronee intelligi. Praeterea, cum, iuxta animadversionem factam, omnino requiratur ut tanquam media sanctificationis indicentur etiam sacrificia et praesertim opera caritatis, perficitur textus, ita ut sit: « Christifideles... vocantur ut orationibus suis, *sacrificiis et praesertim caritatis operibus* ad mundi salutem conferant... ».

2. In § 3, imprimis, de consensu omnium Consultorum Coetus, adhibenda sunt verba « Orationem nomine Ecclesiae... », loco verborum « Publicam nomine Ecclesiae orationem », quia oratio nomine Ecclesiae facta est publica. Insuper, de aliquorum sententia, mentio expressa est facienda de sodalibus Institutuum perfectionis, cum iidem, si vi Constitutionum Divinum Officium aut aliquam eius partem absolvant, orationem publicam Ecclesiae agant. Sane, iam intelliguntur etiam religiosi verbis

canonis « ... aliique fideles ex institutione Ecclesiae ad eandem deputati... »; in Constitutione « Sacrosanctum Concilium », n. 84, ita declaratur: « Cum vero mirabile illud laudis canticum rite peragunt sacerdotes aliique ad hanc rem Ecclesiae instituto deputati vel christifideles una cum sacerdote forma probata orantes... ». Attamen, conveniens plerisque Consultoribus Coetus videtur ut expressis verbis de religiosis mentio fiat. Itaque textus completur et fit: « *Orationem* nomine Ecclesiae... peragunt sacerdotes, diaconi, *religiosi* aliique fideles ex institutione Ecclesiae ad eandem peragendam deputati... ».

#### Canon 74

In § 2, iuxta votum ab aliquibus animadvertentibus expressum, adduntur verba « Ecclesia peculiari *et filiali* veneratione colit Beatam Mariam *semper* Virginem... ».

### Articulus 3

#### DE ECCLESIAE MUNERE REGENDI

Inde ab initio ad hunc Articulum animadvertere iuvat, quod, uti aliqui in animadversionibus scriptis notarunt, schema, in priore lectione, videtur innuere munus regendi absolvi exercitio potestatis iuridicae, potestatis scilicet legislativae, executivae et iudicialis. Iam autem multa sunt alia, quae ad exercitium muneris regendi pertinent. Declarat quidem Constitutio « Lumen gentium », n. 27, agens de Episcoporum potestate regendi Ecclesias particulares ipsis commissas: « Episcopi Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt, consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua quidem nonnisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur... ». Sane, indoles ministerialis omnis auctoritatis in Ecclesia iam in ipsa Lege Fundamentali affirmata est (cf. can. 31 et 51), sed iterum affirmari potest munus regendi potestatemque cum eo cohaerentem exercendam esse in bonum christifidelium, vel, utendo ipsa verba Constitutionis « Lumen gentium » citata, « ad gregem in veritate et sanctitate aedificandum ». Id vero praesertim requiritur ut affirmetur munus regendi in Ecclesia adimpleri consiliis, suasionibus, exemplis aliisque actibus quibus caritas pietasque fovetur; deinde asseratur oportet hoc munus etiam exerceri variis actibus potestatis quae cum munere cohaeret.

#### Canon 75

Ob rationes supra indicatas, hic canon ad perfectiorem formam redactus est, et complectitur tres paragraphos.

1. In § 1, inde ab initio in memoriam revocatur finis quem Ecclesia hoc munere regendi persequitur: christifideles ita regit ut in vita sua revera discipuli sint Christi. Deinde affirmatur hoc munus adimpleri consiliis, suasionibus, exemplis, itemque operibus caritatis pietatisque quae ipsa Ecclesia ordinat aut fovet.

2. In § 2, affirmatur Ecclesiam, ut idem munus expleat, etiam instructam esse potestate regiminis in ordine ad christifidelium bonum spirituale curandum, videlicet potestate legislativa, potestate executiva et potestate iudiciali. Iterum vero affirmatur finis quem regimine persequitur, scilicet: qui hac potestate gaudent *eadem tantum utuntur ad Populum Dei in veritate et sanctitate aedificandum.*

3. In § 3, habetur norma quae antea inscripta era in § 2, et qua declaratur potestate regiminis in Ecclesia gaudere eos qui divinitus constituti sunt ministri, atque insuper eos in eiusdem potestatis *exercitio* partem habere, quibus praedicti ministri exercitium huius potestatis commiserint.

#### Canon 76

Ad hunc canonem notetur tantum quod, de sententia alicuius animadvertentis, rectius dicitur « *In universam Ecclesiam* plena et suprema potestate... pollent... »; hac forma utitur etiam Constitutio « *Lumen gentium* », n. 22. Aestimant autem Coetus Consultores etiam dici posse « *In universa Ecclesia...* », et hanc formam praeoptant plerique, tribus tamen dissentientibus.

#### Canon 77

In § 3, claritatis causa additur verbum « *In suprema potestate...* »: agitur enim in canone de exercitio supremae potestatis, quam vero exercent Romanus Pontifex atque Collegium Episcoporum etiam in Ecclesias particulares. Supprimuntur in hac § ea quae se referunt ad Synodum Episcoporum, de quo rectius agitur in canone 36, uti ad hunc canonem declaratur (cf. can. 36, § 2).

#### Canon 79

1. In § 1, fit additio quae sequitur: « *Potestatem iudiciale auctoritas Ecclesiae suprema exercet per tribunalia aliaque instituta...* »: iura enim fidelium vindicantur non tantum per tribu-

nalia, sed etiam per alia instituta; insuper via administrativa etiam vindicari possunt iura christifidelium. Ut obiectum causarum contentiosarum magis determinetur, additur verbum « ad iura *omnia...* ».

2. In § 2, dicitur « *Romanus Pontifex a nemine iudicatur* »: servatur haec forma praescripti, quia immunitas a iudicio propria est soli Romano Pontifici; quod non satis apparet in forma traditionali, vi cuius « *prima Sedes a nemine iudicatur* ».

#### Canon 80

Uti aliquis in animadversionibus scriptis proposuit, dividitur § 1 huius canonis in duas §§, ut ita magis appareat momentum quod hodie habent Episcoporum Conferentiae.

1. In § 1 igitur habetur textus prioris § 1 prima pars, quae agit de Episcopis singulis, scilicet singillatim agentibus, unusquisque pro sua dioecesi. Requiritur ergo ut addantur verba: « ... qui Episcopi hoc munus exercent, ad normam sacrorum canonum, *per se* singuli... ».

2. In § 2, agitur de diversis Episcopis eiusdem provinciae, regionis ecclesiasticae aut districtus regionalis, qui coniunctim suum regendi munus exercent, scilicet in Synodis patriarchalibus, in Conciliis particularibus vel in Episcoporum Conferentiis.

3. In § 3, habetur textus, qui antea inscriptus erat in § 2, sed cuius norma latius affirmatur: « Patriarchis, Metropolitibus *aliisque hierarchicis auctoritatibus* ea competit potestas quae ipsis sacris canonibus agnoscitur ».

#### Canon 82

Cum, de sententia alicuius animadvertentis, non sufficiat dicere quod Presbyteri in regimine Ecclesiae particularis adiutorium praebent, cumque Presbyteri semper dicantur « Ordinis episcopalis providi cooperatores », emendatur textus, ita ut sit: « quocum unum constituunt presbyterium *atque* in regimine eiusdem Ecclesiae *cooperantur...* ». Claritatis causa, emendatur sententia quae de diaconis agit et fit: « diaconi quoque *in servitium vocantur...* ».

### CAPUT III

## De Ecclesia et Hominum Consortione

De hoc Capite aliquae factae sunt generales animadversiones, quarum praecipuae breviter considerantur.

1. Est qui, admittens quidem multa haberi bona in hoc Capite, tamen dubitat utrum principium quo expositio nititur sit rectum et efficax. Iura et libertates quae, iuxta schema huius Legis, Ecclesiae competere affirmantur, ipsi vindicantur quia est societas in ordine religioso autonoma, suprema et necessaria, cui divinitus commissa est missio ut auxiliis adiuvet homines in persequenda vitae divinae communionem et ita regnum Dei promoveat. De sententia obiicientis, magis congruum esset ut ratio propter quam Ecclesiae vindicantur iura et libertates indicaretur libertas religiosa itemque libertas associationis, quas quidem Societates civiles hodie agnoscunt.

R. Animadversio procedit ex conceptione iuxta quam proponenda est Ecclesia uti societas seu consociatio libera, quam scilicet homines aliqui libere condunt, quam vero condere non debent. Quidquid autem sit de eius utilitate per respectum ad Societates civiles, talis affirmatio in Lege Ecclesiae Fundamentali admitti nequit. Christus enim voluit Ecclesiam Suam eamque hominibus imposuit. Id distincte affirmatur in ipsa Declaratione « Dignitatis humanae », de libertate religiosa, in qua declaratur « Homines vero cuncti tenentur veritatem, praesertim in iis quae Deum Eiusque Ecclesiam respiciunt, quaerere eamque cognitam amplecti ac servare ». Ideoque eadem Declaratio item affirmat: « Porro, quum libertas religiosa, quam homines in exsequendo officio Deum colendi exigunt, immunitatem a coërcitione in societate civili respiciat, integram relinquit traditionalem doctrinam catholicam de morali hominum ac societatum officio erga veram religionem et unicum Christi Ecclesiam ». (Declaratio « Dignitatis humanae », n. 1). Requiritur autem ut Lex Ecclesiae Fundamentalium normas statuatur, secundum obiectivam rerum veritatem.

2. Est etiam qui aestimat melius esse ut libertates quae vindicantur, uti est libertas Dei verbum annuntiandi, de qua in can. 90, proponantur uti innixae iure generali cuiuslibet communitatis religiosae, de quo agitur in Declaratione « Dignitatis humanae », n. 4: « Praeterea ad libertatem religiosam spectat, quod communitates religiosae non prohibeantur libere ostendere singularem suae doctrinae virtutem in ordinanda societate ac tota vivificanda activitate humana ».

R. Ius generale omnium communitatum religiosarum, etiam in propria doctrina docenda, affirmatur in can. 88, § 2. Communiter autem libertates quae in hoc Capite vindicantur, affirmandae sunt competere Ecclesiae catholicae, de qua quidem agitur in Lege Fundamentali. Id enim prae oculis haberi debet Legem Ecclesiae Fundamentalem normas tradere de Ecclesia Catholica, non autem esse legem omnium communitatum ecclesialium. Ita et sentiunt qui uti observatores in laboribus Coetus adfuerunt theologi ipsarum communitatum ecclesialium plenam cum Ecclesia Catholica communionem non habentium.

#### Canon 84

1. In § 1, in initio, loco verbi « credentes » ponitur verbum *homines*: uti enim aliquis in animadversionibus factis arguit, ad hoc missa est Ecclesia, ut omnes homines salutaris redemptionis participes efficiat (cf. Decretum « Apostolicam actuositatem », n. 2).

2. In § 2, secundum aliquorum votum, mutatur textus, ita ut sit « Principia quae ab *Ecclesiae pastoribus* proponuntur christifideles *observent* in aestimanda... ». Licet quidem ipsa Ecclesia seu Dei Populus in munere docendi partem habeat (cf. can. 55), in hoc canone agitur de doctrina, quam circa relationes Ecclesiam inter et hominum consortia finem temporalem prosequentia, proponunt Ecclesiae pastores.

#### Canon 85

1. In § 1, iuxta animadversionem factam, melius dicitur: « *promoveat* regnum Christi et Dei... », quam « *stabiliat* », quia solus Deus stabilire potest hoc regnum.

2. Claritatis causa, in § 2, additur verbum « *propriam* », ita ut textus sit: « Ecclesia temporalium rerum societatumque ordinis temporalis *propriam* agnoscit autonomiam... ». In fine huius § 2, praeterea aliqua adduntur verba, et quidem ob rationem quae sequitur. Inter eos qui animadversiones scriptas miserunt, aliquis

proposuit ut huic canoni adderetur § 3, cuius tenor esset: « Laicos autem, quippe quorum sit res temporales gerendo et secundum Deum ordinando regnum Dei quaerere, oportet ordinis temporalis instaurationem tanquam proprium munus assumere et in eo, lumine Evangelii ac mente Ecclesiae ductos et caritate christiana actos, directe et modo definito agere; qua cives cum civibus, specifica peritia et propria responsabilitate cooperari; ubique et in omnibus iustitiam regni Dei quaerere » (cf. Const. « Lumen gentium », n. 31; Decr. « Apostolicam actuositatem », n. 7). Coetus autem Consultores aestimant hac proposita § enuntiarum tantum *doctrinam*, quae quidem in Lege Ecclesiae inseri non potest; insuper in hac § enuntiantur praescripta moralia, quae non nomine ipsius Ecclesiae implentur. Attamen, eidem Consultores, plerique saltem eorum, consentiunt ut in fine § 2 addatur textus, in quo iterum affirmatur obligatio christifidelium, praesertim quidem laicorum, curandi ut secundum Deum ordinentur res terrenae atque consortiones temporales. Itaque in fine § 2 additur textus qui sequitur: « ... ordinem temporalem libere exstruunt; *christifideles quidem, prae aliis laici, iuxta propriam vocationem de qua in can. 30, § 2, curent ut secundum Deum ordinentur res terrenae atque ipsae consortiones temporales* ».

#### Canon 87

In § 2, initio, ordo verborum mutatur, ita ut textus sit: « Cum vi suae *naturae et missionis...* ». Praeterea, in fine huius § 2 aliqua adduntur verba, quia, uti in animadversionibus scriptis aliquis notavit, non sufficit Ecclesiam *suam* libertatem vindicare, sed eiusdem missio est nomine Creatoris veram vindicare libertatem pro hominibus. Itaque additur textus qui sequitur: « ... dummodo ipsae eidem fidant eiusque veram libertatem ad missionem adimplendam agnoscant, *necnon hominum dignitatem tueantur eorumque inalienabilia iura servent* ».

#### Canon 88

In § 1, ad petitionem aliquorum, requisita pro omnibus hominibus libertas religiosa affirmatur latiore modo, libertas scilicet ab omni coactione, non tantum ex parte societatis politicae, sed etiam ex parte tum singulorum tum coetuum socialium et cuiusve potestatis humanae, secundum Declarationem « Dignitatis humanae », n. 2. Textus itaque emendatus est: « Ecclesia, evangelicae veritati fidelis, libertatem religiosam... vindicat omnibus hominibus, *qui quidem, tum singuli tum consociati, ab omni*

coactione ex parte *sive singulorum sive coetuum socialium et cuiusvis potestatis humanae* immunes esse debent ut secundum suam conscientiam vitam religiosam, privatim et publice, *intra debitos limites*, ducere valeant ».

#### Canon 90

In § 2, cum in animadversionibus scriptis aliquis dubium aestimet utrum Ecclesia habeat doctrinam sociale, Evangelio innixam, modus dicendi admittitur magis conveniens, ita ut textus sit: « Ecclesiae competit semper et ubique *principia moralia etiam de ordine sociali annuntiare*, necnon iudicium ferre morale... ».

#### Canon 91

Ultima verba huius canonis emendantur, quia, ut aliquis notavit, iuvenes etiam non baptizati conceduntur scholis catholicis, praecipue in terris missionum, et de iis affirmari non potest quod Ecclesia eos iuvat ut in propria persona evolvenda una simul crescant secundum novam creaturam quae per baptismum effecti sunt. Itaque emendatur textus ut sequitur: « ... (Ecclesia) iuvenes, quos parentes, primi ac praecipui filiorum educatores, eisdem concedunt, iuvat in propria persona *secundum Dei consilium plenius evolvenda* ».

#### Canon 92

Uti animadvertit aliquis, intentum canonis est in recto affirmare ius possidendi et adhibendi media communicationis ad doctrinam evangelicam diffundendam. Ut hoc clarius appareat et desit omnis in textu ambiguitas, emendatur textus ut sequitur: « *Ad doctrinam suam annuntiandam actionemque pastorem fovendam, Ecclesiae ius competit possidendi et adhibendi instrumenta communicationis* ».

#### Canon 93

Secundum votum ab aliquo expressum, emendatur textus, ita ut sermo fiat de iure fidelium *participandi* media salutis, non de iure « recipiendi » haec media: in usu enim eorundem mediorum, partem activam etiam habere possunt fideles.

#### Canon 94

1. Cum uni Ecclesiae, non quidem temporali societati, competat ius non tantum praeparandi et instituendi Ecclesiae mi-

nistros, sed etiam admittendi quos debitis qualitatibus gaudere aestimat, affirmatur in textu emendato § 2 etiam hoc ius *admittendi* Ecclesiae ministros.

2. In § 4, supprimuntur verba « ut in suo genere supremae », quae non videtur necessaria. Quod quidem Ecclesia sit in ordine religioso suprema societas, sicut suprema est societas civilis in ordine suo temporali, iam semel dictum est, nempe in can. 86, § 1, et iterum affirmari non debet.

#### Canon 95

1. Cum non omnes concordent de ratione qua innititur personalitas qua in societate gentium gaudet Ecclesia, in § 1 supprimuntur verba quae ad hanc rationem se referunt. Sed, de sententia plerumque Consultorum Coetus, affirmari debet Ecclesiae cooperationem cum societatibus civilibus in societate gentium intendere etiam iustitiam fovendam. Quare textus § 1 fit: « Ecclesia, *uti personam habens* in societate gentium universali, cum societatibus civilibus vires coniungit ad *iustitiam*, cooperationem, concordiam et pacem inter omnes gentes fovendas ».

2. In § 2, emendatur textus, ita ut appareat promotionem pacis in mundo, *in spiritu Evangelii*, partem esse missionis spiritualis quae Ecclesiae propria est. Ideo emendatur textus ut sequitur: « Huius quidem societatis gentium operas et actiones Ecclesia participat tantum *in causis quae ad missionem suam spiritualem pertinent, praesertim ad pacem in spiritu Evangelii in mundo fovendam* ».

Romae, 30 novembris 1970.

W. ONCLIN, *Relator*

